

VISIO MONACHI DE EYNESHAM

Haud perperam iudicavit v. cl. H. L. D. Ward in suo *Catalogue of Romances* (1) narrationes plerasque de futuro statu animarum inter fabellas esse recensendas, nec minus fictitias haberi debere quam gesta Arthuri regis vel Sancti Brendani evagationes. Verumtamen non ideo contemnendas existimo revelationes istas quia rei historicae studiosis exiguam commentandi materiam praebent. Historicos si minus theologosque spectant, at scientiae pathologicae, at litterariae, at hagiographicae, si lato sensu sumatur, plurimum conferre possunt subsidii. Harum narratiuncularum longa est series. Omissis enim quae apud poetas antiquos ut Homerum (Odyss. lib. X.), Virgilium (Aeneid. lib. VI.) Orientalesque nonnullos (2) leguntur, occurrit ante Christum natum visio quaedam infernalis in *Libro Henoch* (3), origine, ut constat, Iudaica. Dein sub priscis Ecclesiae christianae temporibus tractatus quidam apocryphi, velut *Apocalypsis Petri*, *Visio Sancti Pauli* aliaeque eiusmodi lucubrationes viam sternebant ad descriptiones magis prolixas Fursei et Barontis (4), et tandem eorum qui recentiores simul et celebriores habentur, quales sunt revelationes Oweni militis, Alberici monachi, et Tundali, seu Tnugdali, laici Hiberni (5). Hos inter, ni fallor, visio monachi cuiusdam Angli, habita anno 1196 in monasterio de Eynsham prope Oxoniam, praecipuum locum obtinere debet. Manet hucusque inedita, etsi chronistae veteres de ea dixerunt, et versio Anglicana, manca tamen, iampridem saeculo XV Londinii prelo data est.

(1) *Catalogue of Romances in the Department of Manuscripts in the British Museum*, vol. II (1893), pp. 397-515. — (2) L. SCHERMAN, *Materialien zur Geschichte der Indischen Visionslitteratur*, Leipzig, 1892. — (3) Cf. DILLMANN, *Das Buch Henoch übersetzt und erklärt*, Leipzig, 1853. — (4) Etiam tempore Dantis novae aliquae visiones eiusmodi celebrabantur a coaevis; e. g. visio Nicolai Guidonis de Modena, A. D. 1300 (videsis U. Foscolo, *Lezioni Storico-Critiche Filosofiche*, I, p. 325); item Visio Guidonis de Torno, sive de Corvo, habita Aleoti prope Avenionem anno 1323; (Cf. HAURÉAU, *Notices et extraits*, vol. II, p. 334 seq.). — (5) De his omnibus post F. Ozanam satis fuse disseruerunt ALESS. D'ANCONA, *I Precursori di Dante*; C. FRITZSCHE, *Die lateinischen Visionen des Mittelalters bis zur Mitte des 12 Jahrh.*, in ROMANISCHE FORSCHUNGEN, Bd. II et III; et recentissime ERNEST BECKER, *A comparative study of the Mediaeval Visions of Heaven and Hell*. Philadelphia, 1899. Cf. etiam EBERT, *Allgemeine Geschichte der Litteratur des Mittelalters*, t. I^a, pp. 548, 637, 658, et t. II et III passim; BÜLBRING in *Literaturblatt*, XV, p. 259.

Haec autem visio prae ceteris eiusmodi documentis meo iudicio eminet quatuor praecipue ob causas, quas ut brevitati consulam ita compendio referam :

I. Conditiones pathologicae (sit venia verbo) huius visionis exactissime describuntur ab auctore qui toti eventuum seriei intererat et de cuius veracitate nullum sane dubium movere licet.

II. Visio est sensu authentica hoc, ut nimirum non sit commentitium quid. Credebat enim revera monachus qui raptus in spiritu fuerat se haec mira vidisse, quae relatori enarranda dictavit.

III. Conscripta fuit haec relatio et publici iuris facta auctoritate egregii praesulis, sancti Hugonis, episcopi Lincolnensis, olim magnae Carthusiae monachi.

IV. Etsi relationis prolixitas taedium nonnunquam pariat lectori, continet tamen quam plurima quae ad doctrinam, historiam, moresque illustrandos, tam religiosorum quam laicorum, vergente in finem saeculo undecimo, magno subsidio esse possunt. Nec desunt alia, ut lectori patebit, ex quibus per evolutionem quandam poeticam haurire aliquid potuerit ipse Dantes in sua *Divina Commedia*.

Ceterum paulo accuratius expendamus quae modo sunt dicta. Auctor huius relationis, ut iampridem fuse disserui in ephemeride *The Month* (1), fuit Adam, S. Hugonis capellanus (2), qui et ipse postmodum « Vitam magnam » (3) redegit illustrissimi sui praesulis et magistri. Ea tempestate qua habita est visio, scil. anno 1196, Adam in monasterio Eynsham adhuc degebat, munus, ut videtur, subprioris agens; de quo ita loquitur Chronista Cisterciensis Radulphus de Coggeshall; « Est et alia visio diligenti narratione luculenter exarata, que in » monasterio de Einesham anno Verbi incarnati M^oC^oXC^oVI contigit, » quam domnus Adam supprior eiusdem cenobii, vir valde gravis et » religiosus, eleganti stilo conscripsit, sicut ab eius ore audivit qui a » corpore per duos dies et noctes eductus fuerat. Non credo tantum » virum, tam religiosum et tam litteratum, nisi comperta et probabili » auctoritate subnixa voluisse scripto mandare, maxime cum tunc

(1) *The Vision of the Monk of Eynsham*. THE MONTH, Jan. 1898. De hac dissertatione dictum est in *Analectis Bollandianis*, t. XVIII, p. 203; ubi notatur: « Le Père » Thurston se propose de publier bientôt dans notre revue le texte complet de la » Vision, dont on n'a jusqu'ici que des éditions tronquées. » Cf. *Life of St. Hugh of Lincoln*, London, 1898, pp. 398 seq. et 617 seq. — (2) Innuere videtur BECKER (*Mediaeval Visions*, p. 94), qui adducit *The Life of St. Hugh of Lincoln*, me primum indicasse visionem Eynshamensem ab Adamo conscriptam esse. Hoc tamen prius perspectum habuerunt non solum Ward, sed et H. R. LUARD (*Matthaei Parisiensis Chronica Maiora*, 1874, t. II, p. xiii). — (3) Edita est anno 1864 a J. F. DIMOCK in The Rolls Series of *Chronicles and Memorials*. De Adam Capellano, vide *Preface*, pp. xxxiv-xlviii.

» temporis (1) extiterit capellanus domni Hugonis, Lincolniensis epis-
 » copi, sanctissimi viri. Interrogatus autem a nobis Thomas, prior de
 » Bingham, qui illis diebus extitit prior de Einesham, et qui diligenti
 » scrutinio omnia examinaverat, de monacho educto et que de eius
 » visione perscrutanda erant quidnam super his sentiret, respondit se
 » non amplius de veritate huius visionis dubitare quam de Domini
 » nostri Ihesu Christi crucifixione. Multaque alia nobis retulit proba-
 » menta ad commendationem predictae visionis. Hec idcirco dixerim
 » quia multi contubernalium suorum huic visioni contradicunt, sicut
 » fere de omni revelacione a quibusdam dubitatur » (2).

Haec autem variis testimoniis confirmantur ut in libris iam allatis
 promptum est videre. Inter quae praetereunda non est haec rubrica
 codicis Bodleiani, Digby 34, seculo XII incipiente exarati : « Incipit
 » prefatio domini Adam prioris de Ameshamma (*sic pro Ainesham*)
 » super visione quam vidit Eadmundus monachus, bone indolis
 » adolescens, frater ipsius scilicet prioris et in professione filius,
 » anno MCXCVI », et iterum : « Explicit prefatio, incipit visio
 » Eadmundi monachi de Amesham edita a venerabili viro Adam,
 » priore de eodem loco. »

Ad narratoris fidem quod attinet, prolixa disputatione non est
 opus. Nihil enim habeo quod addam vel detraham laudibus quibus in
 sua praefatione ad *Magnam Vitam S. Hugonis* Adamum extulit
 I. F. Dimock, qui minime dubitat monachum huius Vitae scriptorem
 verbis amplissimis commendare, ut timoratae conscientiae virum et
 insignem veri amatorem, qualem decuit se praebere comitem familia-
 rem tam sinceri et intrepidi praesulis. Ostendit praeterea praeaudatus
 v. cl. Dimock ea quae ab Adamo narrantur ad unguem concordare cum
 diplomatibus, chartis, aliisque documentis authenticis, tam publicis
 quam privatis, quae ab ista aetate ad nos usque pervenerunt. Cuius
 sententiae cum post diutinam rei inquisitionem omnino adhaeream,
 nihil ob stare existimo quominus plenam fidem adhibeamus iis quae
 idem relator sub praefationis finem et alibi profitetur. « De veritate
 autem dicendorum fidelium nemo dubitare maluerit : quia sciens per-
 dendos a Domino omnes qui loquuntur mendacium magis silerem
 funditus quam quicquam obnoxium mendaciis scriptitando, tot ipse
 primo mentiens redderem falsiloquos quot fore contingeret scripti
 nostri narratores. »

(1) Haec minus accurate refert Radulphus. Non enim ante diem 12 Novem-
 bris 1197 adscitus est Adam in famulatum sancti episcopi. — (2) Ms S. Royal. 13.
 D. V. in Museo Britannico, fol. 45 et 45v. Videsis WARD, *Catalogue of Romances*,
 vol. II, p. 507.

Monasterium de Eynsham (1) situm erat intra limites dioecesis Lincolnensis, et jure patronatus ipsius episcopi erat. Tempore S. Hugonis cum forte obiisset abbas, exortum est hac ipsa de re grave discidium inter Richardum regem Angliae et praesulem, unde factum est ut beatus antistes cum monachis familiari necessitudine solito artius conjungeretur. Praevaluit tandem episcopus contra iniquum regem et electione libera monachis concessa, nominatus est Robertus, Prior de Dover; quam electionem A. D. 1197, S. Hugo confirmavit. Cum vero subprior Adam, visionis scriptor, idem esset quem Hugo sibi in capellanum eo ipso anno adscivit, vix credi potest sanctum praesulem illa facta ignorasse, quae omnium animos adeo commoverant. Immo innuere videtur Adam se ad hoc opus suscipiendum ipsius pii antistitis praecepto inductum, consensisse. Nulli enim aptius convenire videntur haec praefationis verba: « Igitur ut magnis viris, quibus et sanctitatis »
 » merito et auctoritatis eorum privilegio parvitas mea, et conditionis ordine et devotionis affectu, usquequaque addicta et obnoxia »
 » habetur, pro viribus satisfaciam, qui id oneris michi imperito etc. ... »
 » quedam scribere disposui. »

Similiter circa finem narrationis: Cap. 38. « Haec et alia multa, »
 » que tum brevitatis studio, ne pareret prolixitas immoderata fastidium, tum et aliis etiam de causis scribere non fuit, ad consilii tempus ego ipse, qui hec utcumque magnorum virorum compulsus »
 » imperio litteris tradidi, ipso referente et que scripseram approbante »
 » qui ista omnia vidit et cognovit, didici, et quam potui studiose »
 » narrationis eius nunc sensum nunc et verba expressi. »

Quod vero maioris est momenti, in Hugonis Vita auctor commemorat, etsi obiter tantum, quaedam « visionum mysteria, ex quibus non pauca »
 » litteris sunt tradita de mandato sancti praesulis ». Loquitur nempe de revelatione facta adulescenti cuidam qui, Hugone instigante, monasterium ingressus erat, postquam non semel spirituales visiones expertus fuerat. Ita quadam die se divino nutu impulsus existimavit ut sanctum antistitem Lincolnensem adiret deque corripiendo ob segnitiam Hubertum Cantuariensem admoneret; in cuius rei fidem signum se a Deo accepisse affirmavit, se videlicet in manibus S. Hugonis, missarum solemnibus celebrantis, corpus Domini sub specie infantis parvuli conspexisse. Haec omnia in Vita Hugonis satis fuse narrantur, et postquam rettulerat auctor quomodo beatus praesul iuvenem hunc in monasterium direxisset, haec subdit: « Cui (adulescenti) plurima quoque »
 » spiritualium visionum mysteria postmodum fuisse revelata, certis-

(1) Varie scribitur Einsham, Egnesham, Ainsham, etc. hodie vero Eynsham vel Ensham, et saepe confunditur cum monasterio de Evesham in comitatu Worchestershire, quod quidem magis celebre, monachorum Benedictinorum itidem fuit.

» sime experti sumus. Ex quibus non pauca, litteris dudum de mandato
 » sancti praesulis tradita, longe lateque vulgata noscuntur. A cuius ore
 » haec ipsa quae modo retulimus frequenter audivimus. Cui inter alia
 » id quoque revelatum fuisse ab ipso accepimus, quia sanctam civita-
 » tem Hierusalem, quae pridem nostris temporibus a Saracenis occu-
 » pata est, nostris quoque diebus miraculose ab eorum instantia
 » omnipotentissima Redemptoris nostri eripiet clementia. Quod eo
 » magis, favente eiusdem Domini nostri pietate, confidimus adimplen-
 » dum, quo iam plurima videmus impleta, quae implenda adhuc ei
 » didicimus similiter praeostensa. Sed de his hoc interim dixisse
 » sufficiat. » (1).

Quae profecto, sicut et ea quae de eadem re praedixerat S. Bernardus effectum sortita non sunt; sed visiones modo dictae, quas eas ipsas esse enseo quas nos infra proferemus sub nomine monachi de Eynsham, atissime sparsae sunt. Neque sola coniectura nititur haec nostra opinio. habemus enim expressum testimonium, quod ex Carthusiano fonte austum, suis *Annalibus* inseruit D. Le Couteulx. Postquam enim attulrat quae exscripsimus biographi verba de recuperatione urbis ierusalem, ita prosequitur : « Hactenus Acta, in quorum fidem noster Bohicius dicit asservari in domo sua Parcensi codex continens (*sic*) quasdam visiones seu revelationes eidem monacho factas, maxime illam mirabilem plane et terribilem, quam habuit de rebus futuri animarum post hanc vitam status. Cuius etiam visionis praeter ceteros meminit Dionysius Rikelius (Dionysius Carthusiensis) in Colloquio sive Dialogo de Particulari Iudicio Animarum, articulo 23. Eam vero contigisse anno 1196 narrat codex Parcensis, cuius autor praesens fuerat, qui suum et monachi illius nomen tacuit » (2).

Has monachi Angli revelationes commemorat Dionysius non solum in vlogo *De Particulari Iudicio* sed etiam in tractatu *De Quatuor vvisimis*; et ita quidem ut appareat eas ab hac nostra visione aume diversas esse. Et sane videtur Doctor Extaticus exinde non-la haussisse quae emunctis theologorum naribus haeresim redole- it; non nemini enim Dionysius de futuro animarum in Purgatorio u *caute legendus* videtur. Exemplo sit Possevinus, qui ita loquitur : t ut optimus est hic liber (scil. *De Quatuor Novissimis*), auctor utem de ecclesia Dei suis laboribus bene meritus, habet tamen quae ubitaverim ab alio potius quam ab ipso ei libro inserta fuisse. rima, quae est in fide erronea, propositio est : Animas Purgatorii aud certas esse de sua ipsarum salute.... In libro item eodem e *Quatuor Novissimis* altera haec propositio est : Animas in Purga-

» torio quasi omnino desperare : quod certe, licet per exaggerationem » dictum, non est tamen usurpandum » (1).

Haud aliter Suaresius (2) : « Refert Dionysius Carthus. (lib. 4, *De Novissimis*, art. 47), animam quamdam purgatorii cuidam apparuisse » et dixisse : « Scio quia ante iudicii diem veniam non obtinebo ; an » autem tunc incertum habeo (3). » Et infra dicit : « Qui taliter » torquebantur communiter erant incerti an finaliter salvarentur, et » quasi desperabiliter fluctuabant, qui in tormentis suis nihil existi- » mabant ita paenale sicut incertitudinem indulgentiae. Quae omnia » refert ex Petro Cluniacensi. Tota haec doctrina erronea est, quamvis » in ea quaedam sint magis haeretica et impia, etc. »

Errat profecto Suaresius cum asserit haec a Dionysio ex Petro Cluniacensi desumpta esse. Non Petrum sed religiosum quendam in Anglia inducit Dionysius ita loquentem ; addit tamen haec eadem concludi in quodam tractatulo *quem conscripsit Dominus Petrus Abbas Cluniacensis* (4). Quicquid id est, sententias, quae Suaresio male olebant leges infra in Visionis capp. 26 et 27. Neque dubium esse potest quin Dionysius illas hinc excerpterit ; refert enim paenas quas in loco purgationis sustinere visus est Henricus II rex Angliae, qui tamen Petro Venerabili supervixit.

Ut redeam unde digressus sum, multis indiciis confirmatur Edmundum illum, qui quadraginta horas exanimis permansit in coenobio Eynshamensi eundem esse qui, ut *Magna Vita* refert, puerulum in manibus S. Hugonis conspexit, dum ille sacris operaretur. Nam ex eadem Vita constat clericum qui hoc privilegio gavisus est adulescentem fuisse annorum circiter XXV. Constat etiam haec accidisse primo sabbato mensis novembris et quidem, ut conicere licet ex indiciis quae longum esset hic recensere, anno 1194. Adulescens vero, Hugone

(1) ANT. POSSEVINUS, *Apparatus Sacer* (1608), vol. I, p. 478. — (2) Suarez, comment. in p. III D. Thomae, disp. 47, sect. III, n. 2. — (3) Haec sententia, nempe quibusdam animabus in Purgatorio detentis de sua salute non constare non solum apud Dionysium reperitur sed et apud S. Birgittam (*Revelation*, lib. IV, cap. 8, et lib. VI, cap. 39), Gersonem (lect. I *De Vita spirituali*), Susonem (*De Novem Rupibus*, c. 22), aliosque ; immo recrudescit, ut videtur, in revelationibus B. Mariae Margaretae Alacoque (Cf. Causam beatificationis in *Analectis Juris Pontificii*, series IX, p. 157 seq.). Utrum hi omnes mediate vel immediate ex monacho Eynshamensi hauserint, mihi non satis liquet. — (4) In Bibliotheca Nationali Parisiensi asservatur codex qui continet "Revelationes de locis purgatorii et patriae caelestis, auctore Petro, abbate Cluniacensi. MS. Fonds latin. 6686 (autrefois de Baluze). De hoc tractatu legimus in *Histoire littéraire de la France* (vol. XIII, p. 264), ubi de Petro Cluniacensi agitur : " Cette pièce ne consiste guère, qu'en de simples extraits du livre des miracles. " Non satis accurate fortassis codicem inspexerat auctor qui ita scribit. Fuit et alter Petrus, abbas Cluniacensis, qui medio saeculo XIV coenobium rexit.

instigante brevi post monasterium ingressus est. Jam, ex ipsa Visione (cap. I) constat monachum cui revelatio de animabus in Purgatorio detentis facta est, juvenem fuisse, habitumque religionis gessisse quindecim tantum menses, cum in die Caenae Domini anni 1196 hunc raptum expertus est. Quam egregie haec omnia inter se concordent nemo est qui non videat.

Ut modo ad res ipsas veniam quae in hac Visione describuntur, non est quod multa disseram. In universum dici potest eas simillimas esse iis quae in Visione Tundali (1) et Alberici (2) vel aliis antiquioribus legere est. Abundant tamen dicta quae somniatoris patriae et aevo propria sunt; nec ipsis historiographis displicebunt quae de illustribus Anglis illius aetatis, uti Henrico rege Angliae secundo, Baldwino archiepiscopo Cantuariensi, Reginaldo Bathoniensi episcopo aliisque summa cum libertate notantur. Adde S. Hugonem, qui his viris familiariter usus est, haec omnia legisse. Dolendum tamen plerorumque eorum hominum, de quibus in Visione fit sermo, neque nomina afferri, si pauca excipias, quae praeter narrantis voluntatem expressa videntur.

Ita enim monachus loquens inducitur : « De cetero autem non » ignoramus quia perspicatur et futuris lectoribus gratior hec nostra » foret oratio si vocabula personarum et loca in quibus famosi deguis- » sent hii quorum fata reteximus, inserta viderentur paginule. Verum- » tamen ne tristitiam vel scandalum paterentur infirmi, de quorum » fortasse amicis vel necessariis haec pluraque tam dura quam recentia » scriberentur, neminem designari ex nomine consilium fuit. Non » solum autem, sed et importunitatem omnium excludimus qui curio- » sitatis instinctu inextricabilem nobis gignerent molestiam, dum de » suis singuli nos caris consulturi confluerent, si a nobis hos visos » agnovissent. Lateant ergo lectorem nomina et habitationis loca non » modo eorum de quibus textitur hic sermo sub Dei testimonio veris- » simus, sed lateat utinam relatoris nomen. Lateat et quo loci idem » degat; res ipse divulgentur, tacitis nominibus ubique et locis cuncto- » rum, nec sit qui se abscondat a cognitione earum, ut hinc discatur » fervencius, impleatur perfectius lex Domini immaculata convertens » animas, scientibus cunctis et hec quoque per exempla plenius certi- » ficatis quia factores vel neglectores illius retributio manet revera, » sive hos in bono, sive illos in malo, multa nimis » (3).

Ex dictis patet monachum qui haec omnia viderat omni conatu satégisse ut tum suimet tum relatoris nomen lateret. Reipsa in codicibus fere omnibus nomina desunt, et in solo Bodleiano (Digby 34) Edmundus

(1) Cf. *Visio Tnugdali*, Ed. A. WAGNER, Erlangen, 1882, et MUSSAFIA, in *Sitzungsberichte der Philosoph. Hist. Classe der K. Acad. Wien*, bd. 67 (1871), pp. 157-206. —

(2) Cf. DA VIVO *La Visione di Alberico*, Ariano, 1899. — (3) Vide infra cap. XXIII.

nominatur. Nec in *Vita Magna S. Hugonis* quicquam innuitur ex quo conicere licet Adamum eius auctorem ipsum esse qui conscripserat has visiones, per Angliam vulgatissimas. Sed dubitari vix potest quin ceteri monachi Eynshamenses de factis, ut ipsis videbatur, tam stupendis plurimum garrissent. Secretum eiusmodi erat ut servari profecto non posset, et si licet sententiam libere proferre, mihi verisimile esse videtur ipsum novitum Edmundum coenobium postea deseruisse, eo animo ut tum assentantium tum improbantium fratrum importunitatibus se substraheret.

Quantum autem conferat sequens enarratio ad vitam monasticam illustrandam iudicabit lector. Speciminis gratia ea sunt, ex quibus liquet drama illud liturgicum in diluculo paschali ad sepulchrum Domini, in quo ad augmentum devotionis sudarium quoddam populo exhiberi solebat, etiam apud Anglos agi consuevisse. Haec enim de monacho convalescente ab auctore Adamo docemur: « Et sicut in » eadem ecclesia illa die annua consuetudine fieri solet, visibiliter » exhibita repraesentatione dominice resurrectionis et angelice manifestationis, mulieres ad sepulchrum alloquentis, ac regis sui peractos » iam triumphos ipsis et per ipsas discipulis denunciantis, ac demum » apparitionis ipsius Christi dilectricem suam Mariam in ortolani » effigie appellantis, missis etiam celebratis sacre communionis meruit » participatione saginari » (1).

Visionem monachi nostri cum celeberrima illa *Divina Commedia* per singula conferre non vacat. Utrum Dantes enarrationem eius legerit necne decernere non ausim. Neminem tamen latebit poetae Florentini peregrinationem non eodem tantum die, scil. feria quinta in Coena Domini (2), sed eadem prorsus hora qua monachi Eynshamensis deliquium incepisse. Praeterea eadem sabbati hora ex inferis emersus Dantes ad purgatorii montem pervenit, qua monachus Anglus iterum mentis compos effectus est. Quae quidem casu fortuito concordare non facile crediderim.

Occurrit denique quaestio quis fuerit iuvenis ille qui haec mira in spiritus raptu perceperit, et quid de illo postea factum sit. Etsi de re nihil pro comperto affirmare ausim, non tamen prorsus improbabile mihi modo videtur eum fuisse Edmundum illum Rich, qui in archiepiscopum Cantuariensem anno 1233 electus et ab Innocentio papa IV canonizatus, hodie Pontiniaci, ubi corpus eius adhuc quiescit, summa cum veneratione colitur. Omissis difficultatibus quae nobis opponi possent, quaedam indicia quae sententiae nostrae favere videntur

(1) MS. Cotton, *Cleop.*, c. XI, f. 51^v. — (2) Videsis EDWARD MOORE, *Gli Accenni al Tempo nella Divina Commedia* (Editio itala, Firenze, 1900), p. 14 seq.; G. PRADEAU, *A key to the Time Allusions in the Divine Comedy of Dante* (London, 1902), pp. 13-17.

cum spatium ad ampliorem dissertationem vix suppetat, perbreviter hic subiciam. Convenit inter omnes, qui de S. Edmundo tractarunt, chronologiam actorum eius valde incertam esse ante annum 1222, quo factus est thesaurarius ecclesiae Sarum. Imprimis annus natalitatis eius prorsus ignoratur. Scimus eum mortuum esse anno 1240 « in bona aetate », et W. Hunt in *The Dictionary of National Biography*, propter rationes ibidem assignatas, conicit eum natum anno 1170, vel saltem ante 1175. Eo itaque tempore quo facta est visio monachi de Eynsham, Edmundus Rich secundum hanc computationem, annum egisset circiter vigesimum sextum. Iamvero novitio Eynshamensi, iuveni annorum viginti quinque, etiam nomen Edmundo fuit, ut patet ex codice Digby 34. Accedit quod adulescens uterque visiones vel raptus plurimos expertus est. Dein Abingdon, ubi, nullo dissentiente, Edmundus Rich puer degit, et ubi mater eius sepulta iacet, vix decem millibus passuum distat ab Eynsham. Praeterea in Vitis sancti Edmundi asseritur, ab aliis quidem patrem eius habitum religionis apud Eynsham suscepisse, ab aliis autem quendam eius fratrem, qui non nominatur, monachum esse factum eodem in loco. Quam obscura sit S. Edmundi historia ex eo colligere licet quod pater eius a nonnullis nominatur Reinaldus, ab aliis Edwardus, et dum nonnulli referunt Edmundum non habuisse nisi fratrem unicum, nempe Robertum, ab aliis contra asseritur tres illi fratres fuisse (1). In hoc tamen omnes conveniunt, scilicet patrem Edmundi diu ante matrem, ipso adhuc puero obiisse. Iamvero in *Magna Vita* legitur adolescentulum illum, qui visiones habebat, et ipsum pro anima patris, in expeditione Hierosolomitana ante annos aliquot vita functi, impense suffragia obtulisse. Quorum suffragiorum mentio aliud etiam in mentem revocat; videlicet eum in animo habuisse pro anima patris integrum psalterium recitare et iam ad centesimum usque psalmum pervenisse, cum vox illi caelitus facta est. In Vita autem prolixiore S. Edmundi haec legimus: « Diebus » dominicis et festivis antequam comederet, psalterium solebat » (S. Edmundus) ex integro psallere, in hoc etiam voluntarie obediens » monitis matris suae ». Alia utrique communia tacemus, quorum sibi rationem reddere levi negotio poterit lector. Unum subiungimus, S. Edmundum et iuvenem Eynshamensem admonitione caelesti didicisse his duobus verbis *Ihesus Nazarenus*, singulis noctibus digito fronti inscriptis, quemlibet tutari a subitaneae mortis periculo.

(1) W. WALLACE, *Life of S. Edmund of Canterbury* (1893), p. 35 seq. Mgr Bernard WARD, *S. Edmund Archbishop of Canterbury* (1903), Appendix B, p. 247. Potestne frater ille S. Edmundi, qui non nominatur, sed qui « apud Eynesham vir discretus et compositus habitum religionis suscepit », censeri Adam noster, capellanus S. Hugonis? Titulus in codice Digby 34 videtur innuere Adamum relatorem Visionis fratrem naturalem fuisse illius Edmundi qui eam percepit.

Codices quibus usus sum hi sunt :

1. = Musei Britannici Codex Cottonianus Cleopatra C XI, membraneus, formae mediocris, duabus columnis, manu saeculi XIII ineuntis exaratus. Videtur hic codex in Anglia fuisse scriptus et ad abbatiam de Dore (2) in comitatu Herefordiensi olim pertinuisse. Visio Eynshamensis replet folia 49-69^v; periit tamen folium unum (post f. 61), quod capitibus 35-37 respondet, ut infra notabitur. Hunc codicem in textu edendo prae ceteris secutus sum. Lacunam supplevi ex Bodleiano 3454. Desunt tituli rubricati, sed litterae maiores rubro viridique colore ad initium cuiusvis pericopes inveniuntur depictae.

2. = Codex Bodleianus, Digby 34, membraneus, formae mediocris, lineis plenis, saec. XIII ineuntis (3). Visio Eynshamensis folia occupat 100-126. Codex est imperfectus; textus desinit in capite 28.

3. = Codex Bodleianus 1868, membraneus, formae mediocris, binis columnis manu saec. XIII (ante 1260, ut aestimat v. cl. F. Madan) exaratus. Visio occupat folia 170-189^v. Desunt tituli rubricati.

4. = Codex Bodleianus 3454 (Selden, supra 66), membraneus, formae mediocris, binis columnis manu saeculi XIV exeuntis (post 1377), scriptura nitidissima, cum titulis rubricatis. His titulis (qui fere concordant cum titulis in versione anglica impressa) ad capita distinguenda in hac editione usus sum.

5. = Codex Bodleianus 636, chartaceus, formae mediocris, lineis plenis, manu saec. XV. Visio occupat ff. 25-50^v.

6. = Codex Cantabrigiensis, Coll. Corporis Christi 43, membraneus, formae maioris, binis columnis, manu saec. XIV satis nitide exaratus, plurimis tamen mendis scatens. Occupat ff. 107-128^v.

7. = Musei Britannici, Codex Harleianus 3776 (4), saec. XIV ineuntis. Continet tantum excerpta.

8. = Musei Britannici; Codex Cotton. Caligula A, VIII, saec. XIII. Haec est versio prorsus diversa, quae ex versione Gallica rhythmica iterum latine reddita est. Cum hac concordare videtur exemplar chartaceum quod extat Basileae (5).

Cum aliis fontibus recenseri debet antiqua versio Anglica typis impressa Londinii anno c. 1482, quae prodiit ex prelo Gulielmi de Maclinia = V. A. (6).

(1) Cf. WARD, *Catalogue of Romances*, t. II, p. 493. — (2) Cf. Perperam affirmavit Dimock (*Magna Vita*, p. 192 n.) priorem de Dore factum fuisse anno 1197 abbatem Eynshamensem. Abbatia enim de Dore Cisterciensium erat, abbatia vero de Dover monachorum nigrorum. — (3) Cf. MACRAY, *Catalogus Codicum Bibl. Bodleianae*, pars 9, p. 30. — (4) WARD, *Catalogue of Romances*, II, pp. 416 et 505. — (5) Cf. *Anglia, Mittheilungen*, July, 1902. — (6) *Here begynnyth a marvelous revelacion that was schewyd of almyghty god by sent Nycholas to a monke of Ewyshamme yn the days of kyng Richard the first And the yere of owre lord. MCLXXXVI.*

Liber inter rarissimos habetur; perperam tamen asserit Ward (1), nullum aliud exemplar exstare praeter illud quod in Museo Britannico asservatur. Versio haec, meo saltem iudicio, libro typis edito non multo antiquior est. Recte quidam notavit ad calcem exemplaris Londiniensis: « concordat cum latino haec, non tamen plene in omnibus. » Verum non ita deformis est ab originali ut ad constituendam veram lectionem nulli usui esse possit. Libellus anno 1869 iterum excusus est, curante E. Arber (*Arber's English Reprints*), cuius editionis, cum bene nota et in omnium fere manibus sit, visum est capitulorum distinctiones atque titulos etiam in hac editione latina servare.

Denique adhibuimus interdum epitomen Visionis quae extat in chronicis Rogeri de Wendover et Matthaei Parisiensis sub anno 1196 = W, P.

Legitur quoque Visio Eynshamensis et in aliis quibusdam codicibus quos consulendi mihi facultas non fuit. Horum duo servantur in bibliotheca publica Carnotensi (nn. 84 et 1036), alius in Bibliotheca Nationali Parisiensi (fonds Latin 14,978), alius in Bibliotheca Collegii S. Trinitatis Dublinensis (n. 494), alius denique, ut audio, Moguntiae.

In tanta codicum multiplicitate non mihi operae pretium visum est quamlibet variam lectionem exquisitis curis recensere, praesertim cum parvi momenti esset ad auctoris sententiam illustrandam. Repraesentatur tamen accurate lectio codicum praecipuorum, neglectis iis quae tantum scriptoris oscitantiae vel imperitiae debentur.

Tantum superest ut gratias amplissimas reddam tum Patribus Bollandianis qui has meas lucubrationes hospitio acceperunt in suis ANALECTIS, tum Reverendo Patri Patritio Ryan, S. I., qui textum Visionis ex codice Cottoniano, Cleopatra C. XI, exscripsit et multa alia officia peramanter mihi praestitit.

HERBERTUS THURSTON, S. I.

Londini, prid. kal. April.

Lectorem non latebit ab editore perperam scriptum fuisse Eynshamme loco Eynshamme, quod quidem mendum et in codicibus nonnullis reperitur. Alterum exemplar huius libri rarissimi possidet Bibliotheca Bodleiana. — (1) *Romances*, II, p. 507.

**Incipit¹ prefacio de subsequenti visione que contigit apud
Eynesham tempore regis Ricardi primi, anno domini
M^o C^o iij^{xxmo} xvi^{to}.**

Usu notissimum habetur quod diem terris¹ sole post tenebras noctium reportante² paulatim umbrarum densitas lumine succedente³ atteritur, donec pleno⁴ fulgore facies terre et rerum forme illustrentur⁵, et sic videri incipiant que visum penitus latuerant; visa etiam certa agnitione comprehendantur⁶ que in luce dubia videri utcumque, sed discerni certius nequibant⁷. Totus autem mundus involvitur tenebris⁸, in aliis tanquam in profunda nocte funditus caligans⁹, in aliis velud in crepusculo dubie videns. Aderit post hec veri manifestacio diei, cum¹⁰, scilicet, in regno patris eorum gaudebunt omnes electi, beata immortalitate felices, solem iusticie perpetuo cernentes. Aurora huius diei est resurrectionis¹¹ universorum et iudicii tempus quo vere¹² dividetur¹³ lux a tenebris, iusti videlicet ab impiis. Tunc nox in diem commutabitur, ut qui¹⁴ modo¹⁵ fidei merito et devotionis a Deo cognoscimur¹⁶, dum in eum credimus etiam¹⁷ non¹⁸ videntes, iam cognoscamus eum sicut cogniti sumus¹⁹ ab eo, ipsum facie ad faciem contemplantes. Uti vero de die mundi (1) premisimus, quem²⁰ oculis²¹ iugiter cernimus, quia ipso iam iam terris imminente noctis umbra tenuatur et vicine lucis candor magis ac magis aperitur, sic nimirum eterne vicinitas diei, mundi scilicet²² fine quasi obscurissime noctis termino instante, lucis sue gratiam eviden-

¹ *Hunc titulum habet tantum 4. Ceteri fere omnes codices titulis carent. Attamen in 2 legitur hic rubrica supra exhibita in introductione. Incipit prefatio domini adam prioris de ameshamma etc.*

¹ *Om. 6. — 2* reptante 1. — ³ (l. s.) *Om. 6. — 4* plene 3. — ⁵ illustrarentur 2. — ⁶ comprehenduntur 4. — ⁷ (c. n.) non poterant certius 2. — ⁸ (i. t.) t. i. 6. — ⁹ (f. c.) caliginis 2. — ¹⁰ est 6. — ¹¹ resurrectio 1. — ¹² *om. 3. nunc 6. — 13* dividitur 2, 4. laudetur 6. — ¹⁴ *om. 1. — 15 om. 6. — 16* c. a. d. 2, 3, 4, 6. — ¹⁷ et eum 1, 3, 4, 6, tum 2. — ¹⁸ *om. 3. — 19* a. e. c. s. 1. — ²⁰ quod 1, 2, 6. — ²¹ *hic et fere semper scribit 1 oculis. — 22* seculo et 2.

(1) Ex hac locutione haud temere quis coniciat auctorem lingua Anglica familiariter usum esse, id quod nullatenus eo tempore de omnibus Angliae monachis praedicari posset. Illa vox substantiva *weorold* (mundus) in lingua Anglo-Saxonica saepissime usurpabatur sensu adjectivali (= temporalis, saecularis etc.) e. g. *weorold-dema* iudex saecularis, *weorold-gecwitu* literae profanae, *weorol-laece* medicus corporalis, *weorold-strengu* vires physicae. Ita "dies mundi", quod hic legitur aequivalet *weorold-daege* i. e. dies naturalis. Sed de "die mundi", videsis Bedae, *De Natura Rerum*, cap. VII (Giles VI, 103); *An Old English Martyrology* (E. E. T. S.) pp. 42 et 227; Byrhtferth's *Handboc* (in *Anglia*, VIII, 310); Moore, *The Time References in the Divina Commedia*, p. 119.

cuius aperire ubique pene terrarum cepit, et fiunt passim mire vite future revelaciones, ut ea que patres per fidem cernebant²³ in speculo et in²⁴ enigmatē, nunc manifesta revelacione ab aliis quidem videantur, et audita per illos²⁵ qui viderunt²⁶ ab aliis certius²⁷ agnoscantur. Pleraque²⁸ etiam huic seculo²⁹ inaudita et quasi ab oculis in hac mortalitate degencium³⁰ penitus occulta, ipsis revelationibus producuntur in lucem et fiunt certa que dubia erant, et que prorsus latuerant claris visibus³¹ exponuntur. Legimus sane multas temporibus patrum³² de statu seculi venturi³³ factas revelaciones³⁴, et ab ipsis sanctis³⁵ patribus successure posteritatis noticie stili beneficio transmissas. Legimus quoque nonnullas huiusmodi manifestationes, que nostris diebus et revelate sunt diversis, et per fideles excepte³⁶ scriptoque mandate³⁷ personas, quibus et fides non incertis roboaretur argumentis, animetur spes, karitas³⁸ inflammetur, maxime autem initium sapientie, scilicet timor³⁹ domini, adquiratur, cautela quoque augeatur, que in vite presentis⁴⁰ lubrico gressum dirigit et a lapsu protegit tendencium ad patriam superne hereditatis. Videtur dominus, secundum quod peccit ab Abraham dives in inferno sepultus, ut in omnibus et⁴¹ suis prospiciat amicis⁴² ad salutem et inimicis omnem auferat excusationem, non eo solum contentus⁴³ esse⁴⁴ quod Moysen et prophetas, apostolos etiam et viros apostolica sanctitate illustres, ad preparanda mortalium et excitanda torpencium corda seculo concessit, nisi etiam ea que apud inferos⁴⁵ sunt viventibus in hoc mundo innotescant, queque⁴⁶ etiam in locis penalibus perferant⁴⁷ qui hic maculas peccaminum minus diluerunt, et quanta felicitate perfruantur qui labe vitiorum discussa superni aditum regni in regione amenitatis et lucis, in loco⁴⁸ quietis et suavitatis, beata expectatione prestolantur⁴⁹. De hiis enim que super celos sunt, ubi exultant iusti in conspectu Dei, sicut multa et ineffabilia bona⁵⁰ credere⁵¹ omnibus fidelibus et plerisque contemplari permissum est, sic de ipsis aliquid⁵² pro⁵³ excellencia rerum⁵⁴ digne referre omni creature que in terris consistit impossibile⁵⁵ est. Igitur ut⁵⁶ magnis viris quibus et sanctitatis merito, et auctoritatis eorum privilegio, parvitas mea et conditionis ordine, et devotionis affectu, usquequaque addicta et obnoxia⁵⁷

— ²³ viderunt 3. — ²⁴ om. 1. 6. — ²⁵ illam 6. — ²⁶ vident 2. — ²⁷ conscius 1. — ²⁸ pluraque 2, plura 1. — ²⁹ semper add. 2, 3, 6. — ³⁰ degenti 6. — ³¹ usibus 3, visionibus 6. — ³² t. p. om. 6 *relicto spatio*. — ³³ v. s. 3, 6. — ³⁴ om. 6 *relicto spatio*. — ³⁵ om. 4. — ³⁶ excerpte 4. — ³⁷ commendate 4. mandante 6. — ³⁸ et caritas 2, 4, 6. — ³⁹ t. s. 3. — ⁴⁰ vox quædam abrasa, *relicto spatio* 3. — ⁴¹ etiam 3 — ⁴² om. 6 *relicto spatio*. — ⁴³ contentum 4. — ⁴⁴ om. 2, 6. — ⁴⁵ inferros 1, et sic *sapientius*. — ⁴⁶ que 3. — ⁴⁷ proferant 6. — ⁴⁸ om. 6 *relicto spatio*. — ⁴⁹ (e. p.) prestolatione expectant 2. — ⁵⁰ om. 2. — ⁵¹ om. 6, et add. et de. — ⁵² om. 3. — ⁵³ ut pre 3. — ⁵⁴ rem (?) 1. ita legit Ward. — ⁵⁵ impossibile 1 et sic *sapientius*. — ⁵⁶ et 6. — ⁵⁷ (e. o.) om. 6.

habetur, pro viribus satisfaciam, qui id oneris⁵⁸ mihi imperito inevitabili prescriptu obediencie imponunt, quedam⁵⁹ valde preclara, et, ut nonnullorum se habet estimacio⁶⁰, ad totius catholice matris ecclesie consolationem et edificationem atque instructionem multorum, si fideliter audiantur, efficacissima, que in quodam notissimo mihi⁶¹ monasterio contigisse anno presenti, qui est verbi incarnati annus⁶² millesimus centesimus nonagesimus sextus, certissime agnovi, utpote quibus interfui, et fratri cuidam in visione ostensa sunt, ex parte scribere disposui⁶³ et hinc quidem summis votis fidelium edificationem quos presenti relatione letificandos spero exoptans, hinc etiam servi inertis et⁶⁴ pigri notam et penam⁶⁵ evitare satagens. Hanc namque imminere⁶⁶ michi pertimescerem si conservos tante edificationis stirpe ingrato silentio fraudarem. De veritate autem dicendorum fidelium⁶⁷ nemo dubitare maluerit, quia sciens perdendos a domino⁶⁸ omnes qui loquuntur mendacium, magis silerem funditus, quam quicquam obnoxium mendaciis scriptitando, tot ipse primo menciens redderem falsiloquos quot fore contingeret scripti nostri⁶⁹ narratores.

Explicit Prologus.

Incipit Narracio¹.

Cap. I. Qualiter monachus in egritudinem inciderit et qualiter vacaverit confessioni, orationi et lacrimarum compunctioni².

In³ quodam igitur cenobio erat⁴ juvenis quidam nuper ad vitam monasticam fidei⁵ devotione a seculi vanitate conversus⁶, qui⁷ circa primordia conversionis sue⁸ vehementer egrotare incipiens, per annum integrum et menses tres gravi corporis invaliditudine laborans, cibi et potus abhominationem⁹ ita incurrerat, ut per novem aliquando dies, vel eo amplius, nichil preter modicum aque calide perciperet. Medicorum ei¹⁰ nulla quicquam remedii¹¹ potuit¹² conferre industria, sed in contrarium vertebatur quicquid levaminis¹³ causa ei¹⁴ a quolibet homine videbatur exhibitum¹⁵. Languebat

— ⁵⁸ illud honeris 2. — ⁵⁹ quidam 6. — ⁶⁰ (u. n. s. h. e.) om. 2, 3, 6. — ⁶¹ m. n. 2, 3. — ⁶² om. 6 et 3, post correct. — ⁶³ d. s. 3. — ⁶⁴ om. 1, 2. — ⁶⁵ p. e. n. 2. — ⁶⁶ S. H. n. i. om. 6. — ⁶⁷ fidelitatum 2. — ⁶⁸ om. 3. — ⁶⁹ contingere scripserim 2.

Cap. I. — ¹ Exhibet 3 hanc solam vocem Narratio rubricatam. Ceteri titulis prorsus carent, excepto 4. — ² Titulus hic et ii qui sequuntur inveniuntur tantum in 4 et in V. A. — ³ In cenobio quodam nuper a. v. m. etc. conversus est quidam 3; vox quidam in margine post correc. — ⁴ om. 1, 2, 6. — ⁵ fidei 2. — ⁶ conversus est qui 2, 6. — ⁷ s. c. 2. — ⁸ abhominaciones 1, 3, 4. — ⁹ om. 1. — ¹⁰ om. 2. — ¹¹ p. q. r. 4. — ¹² leviusminis 6. — ¹³ om. 2. — ¹⁴ exhibitus 1.

igitur grabato decumbens, viribus corporis plurimum destitutus nec loco moveri prevalens nisi ministrantium labore devectus¹⁵. Ita tribus mensibus solito acerbius macerabatur, cum¹⁶ ex insperato, imminente iam resurrectionis dominice annua solempnitate, cepit aliquantulum levius habere et, viribus parumper¹⁷ restitutis, baculo innisus¹⁸, per cellam infirmorum solus deambulare. Interea cum iam adesset nox¹⁹ qua officium de traditione domini solempni more consuevit celebrari, cui cene etiam dominice proxime²⁰ succedit dies, magne devotionis instinctu, ad maiorem ecclesiam, una cum fratribus qui secum debilitatis²¹ gratia in infirmaria²² pausabant²³, baculo subvehente perrexit, ubi conventus nocturnales²⁴ domino²⁵ laudes persolvebat. Ubi tantum compunctionis, gracie celestis respectu afflatus, percepit, ut modum excederet sancta devotio. Unde nec a fletibus et Dei laudibus a medio noctis²⁶ usque ad sextam diei sequentis²⁷ horam se potuit continere. Hinc miserationum Dei²⁸ quas humano contulit generi cum gaudio et veneratione memor, inde preteritarum negligenciarum et presentis sue²⁹ imperfectionis cum dolore et luctu detrimenta deplorans, circa sextam vero ipsius³⁰ diei accersiri³¹ ad se fecit duos e fratribus unum post alium, quibus suscipiendi confessiones et penitentibus absolutionem dandi³² ministerium creditum fuerat, et utrique omnium³³, in quantum sibi³⁴ possibile erat, culparum et minimarum quarumlibet transgressionum ordinis sive preceptorum Dei confessionem pure et integre, in summa contritione cordis et lacrimarum effusione, fecit et absolutionem vehementi desiderio quesitam percepit. Requisitus vero ab uno eorum³⁵ quid sibi tam immoderati fletus et luctus occasionem dedisset, suspicati enim sunt universi quod se de seculo celerius³⁶ migraturum aliquo modo sentiret³⁷, respondit se nichil tale sentire³⁸. Verum³⁹ curiosius sciscitanti fratri hec tandem confessus est. „Sciatis „, inquit „ domine, quod nocte transacta tantam⁴⁰ in capitulo, ubi simul fuimus, cordis suavitatem et exultationem percepi „ spiritus, quod vix me ipsum capere⁴¹ pre gaudii magnitudine⁴² „ aut ferre⁴³ valeo „. Requisivit etiam utrum consuetudinis esset quod ipsa nocte priores, sacris induti vestibus et albis, disciplinas fratribus darent. Hec ab ipso audiens predictus⁴⁴ frater credebat illum ex nimia inanitione⁴⁵ capitis quam⁴⁶ forte⁴⁷ inedia simul et languore

— ¹⁵ provectus 3. — ¹⁶ tamen 4. — ¹⁷ parum 2. — ¹⁸ innixus 3. — ¹⁹ n. a. 3. — ²⁰ om. 4. — ²¹ infirmitatis 3. — ²² infirmario 6. — ²³ p. in. i. 3. — ²⁴ nocturnales sic 1. — ²⁵ om. 1. — ²⁶ laudis 2. — ²⁷ s. d. 3. — ²⁸ domini 3. — ²⁹ sui 2. — ³⁰ huius 3. — ³¹ accersiri 1. — ³² d. a. 3. — ³³ om. 4. — ³⁴ om. 4. — ³⁵ amicorum 2. — ³⁶ om. 2. — ³⁷ s. a. m. 4. celeriter 3. — ³⁸ (r. s. n. t. s.) respondit se (nil) tale sentire 1, in margine post correc. — ³⁹ Immo 2. 3. 4. 6. — ⁴⁰ tantum 2. — ⁴¹ m. i. c. v. 2. — ⁴² validitudo 6. — ⁴³ auferre (?) 1. 6. — ⁴⁴ om. 2. — ⁴⁵ inanitate 1. — ⁴⁶ quod 2. — ⁴⁷ ex add. 2.

immoderato contraxisset⁴⁸, in mentis alienacione talia proferre, licet mirabili prudencia atque discretione toto egritudinis sue tempore predictus fuisset. Quamobrem, commendans eum domino, nil⁴⁹ ab eo ulterius inquirendum censuit⁵⁰ moxque discessit. Eger autem in Dei laudibus totum⁵¹ exegit diem. Sequenti nocte, modico prelibato sompno, strato se excuciens, cum ex more illius temporis pro convocandis ad matutinas fratribus tabula percuteretur, iterum ad ecclesiam sicut pridie fecerat egressus⁵² est. Qualiter vero in ecclesia tunc se⁵³ habuerit vel quando⁵⁴ inde discesserit verbis illius in sequentibus pandetur.

Cap. II. Qualiter monachus iacuerit in capitulo quasi exanimis fuisset extento corpore.

Facto¹ autem mane² sequentis diei, i. e. parasceve, cum fratres ad prime hore solempnia peragenda consurgerent, et³ ecclesiam⁴ adituri ante capitulum transirent⁵, conspiciunt eum coram sede⁶ abbatis ubi veniam petere fratres solent⁷ nudis pedibus iacere, recta totius corporis strage, vultu solotenus defixo, quasi veniam a quolibet presidente ex more postulet. Quo viso stupefacti accurrunt, et volentes eum amovere, velud exanimem et sine motu alicuius membrorum reperiunt, oculis in profundiora dimissis et ipsis lumine sedibus ac naso multo sanguine illitis⁸. Igitur exspirasse iam illum universi⁹ proclamant. Pedes quidem habebat frigidissimos¹⁰ sed reliquo corpori aliquantulum¹¹ videbatur inesse caloris. Motus in eo¹² articularum nullus, multo intercurrente more¹³ spacio, poterat dinosci. Anelimum tandem licet¹⁴ perexilem et precordiale motum vix ei superesse deprehensum est. Itaque verticem illius, pectus¹⁵, manusque ac pedes frigida diluentes¹⁶ aqua, primo eum corpore toto¹⁷ viderunt trementem modice, sed mox quievit et insensibilis permansit. Diucius itaque¹⁸ hesitabant quid in re tali faciendum¹⁹ esset, dum nec penitus exanimari nec meliorari²⁰ aliquatenus²¹ cerneretur. Ad lectulum vero suum inito consilio tandem deferunt eum²², adhibitibus custodibus a quibus²³ diligencia pervigili²⁴ servaretur.

— ⁴⁸ c. i. 6. — ⁴⁹ om. 2. — ⁵⁰ c. i. 3. — ⁵¹ totum i. d. l. 2. — ⁵² agressus 1. 2. 3 post. cor. egressus. — ⁵³ t. i. e. s. 1. i. e. s. t. 2. — ⁵⁴ om. 1.

Cap. II. — ¹ Facta 1. — ² om. 3. — ³ om. 1, 2, 3. — ⁴ quoque add. 1, 2, 3. — ⁵ (a. a. c. t.) om. 6. — ⁶ ante sedem 3. — ⁷ s. f. 1. — ⁸ illius add. 1. — ⁹ multi 2. — ¹⁰ frigidos 3. — ¹¹ aliquantum 2. — ¹² in eo om. 6. — ¹³ om. 1. — ¹⁴ om. 3. — ¹⁵ pectusque 2. — ¹⁶ delicantes sic. 2. — ¹⁷ t. c. 2. — ¹⁸ diutiusque 3. — ¹⁹ sibi add. 2, 4, 6. — ²⁰ meliori 6. — ²¹ om. 2. — ²² e. d. 6. — ²³ cum add. 3. — ²⁴ om. 3.

Cap. III. De figura crucifixi cruentata.

Interea fratribus super tali eventu stupentibus, nempe mirantur talem¹ tamque insolitam egroti consistenciam, et² multo plus qualiter id ei accidisset, vel quemadmodum sine alicuius adminiculo sustentaminis eo loco³ ubi inventus fuerat pervenisset, nunciantur alia, que incomparabiliter plus admiranda, sed pavenda, sed veneranda, subtexam. Corporis enim dominici figuram, ligno in crucis modum adfixam⁴, que a conventu annis singulis adorari ipsa die devotissime et⁵ in venerationem⁶ passionis Christi deosculari consueverat, sanguine recenti circa vulneris locum in latere et pede dextro cruentatam, non sine ingenti metu et admiratione audierunt⁷. Secretarii⁸ equidem ecclesie ante quadragesimale tempus ipsam crucem a desuper altari ad terram deposuerant⁹ interque maceriam et altare locatam sic¹⁰ usque tunc dimiserunt¹¹. Baculus autem et calceamenta predicti fratris infirmi prope locum ipsum in cumulum admirationis reperta sunt. Quid multa? Conveniunt universi fratres in capitulum super hiis omnibus¹² que acciderant nimis attoniti, et habita deliberatione omnes et singuli disciplinas cum immensa¹³ contritione animi¹⁴ susceperunt. Prosternentesque se in ecclesia septem penitenciales psalmos pro impetranda divine propiciationis clemencia flebiliter decantaverunt; frater vero sepe nominatus¹⁵ tota die illa cum sequenti nocte et in crastino fere usque¹⁶ ad solis occasum in eodem quo ceperat permansit statu. Succos diversarum specierum vel herbarum ori eius violenter adaperto¹⁷ remedii gracia iniecerunt fratres, sed confestim, quasi preclusi essent faucium meatus, quicquid immittebatur effluebat¹⁸. Emplastra etiam pectori eius et brachiis frustra alligarunt. Acubus plantas eius scalpentes et pungentes nichil quod animati hominis esse videretur perspicere¹⁹ in eo potuerunt preter ruborem qui genas et modicum teporem potius quam calorem qui reliquum optinebat²⁰ corpus. Genarum etiam et faciei color frequenter in livorem cinereum et²¹ pallorem converti et denuo mirum in modum reviviscere et nitere videbatur. Cornu quoque pregrandi sed nequicquam in aurem eius vehementer buccinari fecerunt²².

Cap. III. — ¹ t. m. 2. — ² om. 2. — ³ loci 2. — ⁴ infixam 6. — ⁵ et devotissime 3, 6. — ⁶ veneratione 3. — ⁷ audierant 3. — ⁸ secretarius 6. — ⁹ deposuerat 6. — ¹⁰ s. l. 1. — ¹¹ diviserant 4. — ¹² s. h. o. c. 1. — ¹³ multa 1. — ¹⁴ a. c. 2. — ¹⁵ memoratus 2, 3. — ¹⁶ om. 1. — ¹⁷ aperto 3. — ¹⁸ *tota haec pericope a* conveniunt universi ... usque effluebat, *deest* in 6. — ¹⁹ prospicere 6. — ²⁰ continebat 6. — ²¹ (c. e.) et cinereum 2, 6. — ²² b. f. v. 1.

Cap. IV. Qualiter monachus ab extasi reversus est.

In crastino autem¹, videlicet die magno sabbati, instante iam hora qua fratres ad collationes et completorium erant² conventuri, ceperunt primum³ cilia oculorum eius paululum agitari et ita marcescere ac si bullienti aqua essent decocta⁴, et demum croceus⁵ quidam humor more lacrimarum in genas leniter defluebat. Hec videntes qui aderant, fratres convocant, mox eum putantes migraturum. Paulo ante vero⁶ labia quoque eius moveri vidimus⁷ compressis tamen faucibus ac si predulce quidlibet ori suo illapsus⁸ glutiendo insumeret. Post defluxum autem lacrimarum, ut prelibavimus, quemadmodum si dormiens quis ploret, crebra et minuta imo pectore visus est ingeminare suspiria, et post modicum⁹ sono vix¹⁰ audibili sed minime intelligibili profundo in¹¹ gutture verba quedam volvere, sed que proferre nequibat videbatur. Redeunte autem sensim¹² spiritu, vox hec prima ab ore eius insonuit quam intelligerent audientes. "O sancta Maria, O sancta Maria, „ et denuo, "O „ domina mea, sancta Maria. O domina mea, sancta Maria¹³. „ Verba ipsa dicturus sum sicut ab illo audivimus nichil adiciendo. "O „ inquit "domina mea sancta Maria¹⁴, „ nam¹⁵ hoc frequentissime repetebat, "pro quo, precor, perdo tam magnum gaudium? „ Et iterum: "domina mea sancta Maria, quando recuperabo tam grande „ quod nunc perdo gaudium. „ Hec autem sepius, et alia in hunc modum, quibus¹⁶ immensi nescio cuius gaudii deflebat privationem, adhuc tanquam in sompnis et clausis semper oculis, iterabat. Dein repente, quasi de¹⁷ alto evigilans sompno, excussit caput et nimis amare flere, et graviter decurrentibus lacrimis singultire¹⁸ ut plorantes solent cepit¹⁹. Palmisque²⁰ complosis et digitis constrictis²¹ subito erexit se et resedit²², caputque in manus et super genua deponens lamentabilem nimis planctum sicut ceperat continuare diucius non cessabat. Tunc a quodam assidencium ei fratrum²³ leniter inquisitus²⁴ est quid sibi vellent tam ingentes fletus vel quomodo se habere sentiret. Tunc ille paululum quievit et sic leni demum²⁵ voce²⁶ respondit. "Bene bene, „ inquit, "et vere bene „ hactenus me habui; nunc male et vere male²⁷ me habeo. „ Et iterum

Cap. IV. — ¹ vero 3. — ² om. 6. — ³ om. 6. — ⁴ cocta 1, 6. — ⁵ om. 6. — ⁶ om. 2. — ⁷ v. m. 2, 6. — ⁸ prelapsus 3. — ⁹ postmodum 3. — ¹⁰ om. 3. — ¹¹ etiam 1. — ¹² sensum 6. — ¹³ (O d. m. s. m.) et iterum idem 6. — ¹⁴ s. M. d. m. 2. — ¹⁵ namque 2. — ¹⁶ qui huius 1. — ¹⁷ om. 1. — ¹⁸ singultare 1. — ¹⁹ c. s. 1. — ²⁰ palmis quoque 2. — ²¹ strictis 2. — ²² (e. r.) om. 1. — ²³ (e. f.) secum 3. — ²⁴ inquisitum 3. — ²⁵ d. 1. 3. — ²⁶ v. d. 2. — ²⁷ (e. v. m.) om. 6.

vehementius quam ceperat plangere et plorare adiecit. Sed quia nimis longum, immo et²⁸ impossibile omnino esset²⁹ omnia commemorare que tunc velud in excessu mentis dixit, et quantum flevit exprimere, hiis ad presens omissis³⁰ summatim que ab illo postmodum iam³¹ sibi reddito in summa mentis contritione referre audivimus perstringere vel ex parte curabimus.

**Cap. V. Qualiter cepit baculum et calceamenta querere
et quam devote crucem adoraverit.**

Inter lamentationes itaque et suspiria oculos¹ cum ingenti annisu compressos² et reductis ter vel quater ciliis, demum aperuit, et utraque manu circum circa querere baculum in ecclesia relictum cepit, et³ non inveniens: "Requirite," inquit, "hic⁴ baculum nostrum, sed et calciamenta nostra prope columpnam sumite et redeamus in infirmarium." Cui cum diceretur a fratribus⁵, "iam respice⁶ frater et vide te in infirmaria et in stratu tuo locatum; baculus tuus⁷ et calciamenta tua en presto sunt." Ille deinceps: "O," inquit, "quando huc vel quomodo advenimus? Nonne modo simul in ecclesia ad matutinas⁸ fuimus?" Audiens vero⁹ iam biduo se ibidem quievisse et paschalis solempnitatis in crastino dominicum diem fore, vehementer¹⁰ plorare cepit, et "O," inquit, "nonne, fratres, crucem dominicam in die parasceve¹¹ adorare debueramus et adhuc in commune non adoravimus?" Cumque audiret hoc pridie a fratribus impletum, illum¹², detinente egritudinis impedimento, minime interfuisse. "O," inquit, "ego¹³ postquam in ecclesia fui, nulla egritudine laboravi. Sed vadam, queso, crucem Domini nostri¹⁴ adorare." Tunc allatam sibi crucem argenteam nimia cum veneratione amplexatur, pedes lacrimis et osculis¹⁵ rigat et lambit, et usque ad tedium quorundam circumstanciarum gratiarum actiones pro beneficiis innumeris, quorum nonnulla singillatim commemoravit, Redemptori cum Patre et Spiritu Sancto persolvit, et denuo pro se et universitate sancte et catholice¹⁶ matris ecclesie, imo et pro omni gradu et conditione fidelium, et attentius pro inimicis, si qui essent, suis vel amicorum suorum divisim, orationes et miras obsecrationes fecit¹⁷, tricies vel pluries, ut estimo, super pedes crucifixi

— ²⁸ om. 2. — ²⁹ est 3, 4, 6. — ³⁰ communis 6. — ³¹ plene add. 2, 3, 6.

Cap. V. — ¹ oculis 1, 4, 6. — ² compressis 1, 4, 6. — ³ quem 3. — ⁴ om. 2. — ⁵ a. f. d. 2, 3, 6. — ⁶ respice iam 3. — ⁷ om. 1, 4. — ⁸ (a. m.) om. 1. — ⁹ autem 3. — ¹⁰ vehemensius 4. — ¹¹ parasceves 4. — ¹² autem add. 4. — ¹³ om. 3, ego post corr. 4. — ¹⁴ ihesu christi add. 2. — ¹⁵ oculis 6. — ¹⁶ (e. c.) om. 3. — ¹⁷ et add. 2.

capite demisso incumbens, oscula cum fletu imprimens, singultu plerumque¹⁸ orantis et gratias referentis vocem interrumpente. Verba que in illa supplicatione protulit tanta ratione et sensuum profunditate sed et sermonum prompta facilitate referta¹⁹ erant ut potius legere scripta quam propria fundere²⁰ verba videretur. Quorum tenore predulci et tunc multos²¹ excitavit audiencium fletus, et semper dum illa recordamur non minimum compunctionis, devotionis et dilectionis in Dominum et fratres nostros, omnes scilicet homines, nobis prestant²² incentivum²³. De clemencia et longanimitate Redemptoris magnifica²⁴ quedam ad singulas oratiunculas interserebat.

Cap. VI. Qualiter cuidam sibi familiari in parte narravit que in extasi viderit.

Interea signum ad collationem pulsari cepit, et asportantibus crucem fratribus¹ que illi allata fuerat, et discedentibus; „ Iam „, inquit²; „ vere scio quia pascha Domini est³. „ Hoc qua de causa dixerit postmodum exponetur. Remorante autem secum quodam⁴ fratre sibi in sancto proposito familiariter dilecto, eius callida pie quodammodo⁵ circumventus instancia, cum adhuc in quodam propter illa que viderat detineretur animi stupore⁶, multa ex hiis que acciderant ei ante ipsam qua raptus fuerat extasim et ex hiis que spiritu abductus seculo⁷ viderat, passim et, ut ita dixerim, frustatim⁸ commemoravit⁹, que omnia frater ille in corde suo conservabat, et hiis que palam ei accidisse noverat conferens, postmodum occasione ex hiis omnibus sumpta, expressius et plenius ordinem singulorum cum ingenti addidit¹⁰ diligencia. Non tamen universa que vidit in tam prolixo, duorum videlicet¹¹ dierum et totidem noctium, spacio cuiquam narrare voluit. Quarundam enim visionum mencionem inter narrandum fecit. Sed mox ceptam subticuit hystoriam, nec ullis adhuc precibus ad earum explanacionem potuit induci. Sed nec¹² cuncta nos ad presens referre¹³ sufficimus que ipsius relacione, perpaucis quidem arbitris et super quorum devotione specialem conceperat¹⁴ fiduciam, credita¹⁵ novimus, neque scripto¹⁶ ullatenus seu

— ¹⁸ singultibus plurimum. 2. — ¹⁹ om. 6. — ²⁰ f. p. 2. — ²¹ om. 3. — ²² prestat. 2. — ²³ om. 6. — ²⁴ m. r. 3.

Cap. VI. — ¹ f. c. 2. — ² inquit iam 6. — ³ e. d. 2. — ⁴ om. 2. — ⁵ quadam 3. — ⁶ stupore detin. 2. — ⁷ solo 2. — ⁸ frustatim 1, 6. — ⁹ commemorat 6. — ¹⁰ ante corr. adtulit, post corr. audivit 3; addiscit 5; addidit 6. — ¹¹ scilicet 3; scilicet duorum 4; om. 5. — ¹² nunc 5. — ¹³ narrare 3. — ¹⁴ exceperat 1, 5. — ¹⁵ condita 6. — ¹⁶ scripta 6.

lingua visionum tam expresse sicut ipse solet possumus intimare proprietatem. Inter alia vero sciscitantibus utrum de infirmitate se¹⁷ speraret evadere, vel in corpore diucius vivere, respondit. " Satis „ inquit, " vivam, nam et¹⁸ de infirmitate iam satis¹⁹ convalui. „

Cap. VII. Quomodo rogatus est a fratribus ut propter longum ieiunium aliquid manducaret.

Post hec¹ cum iam sero esset multum rogatus ut aliquid sumeret post tam² prolixam inedia et ieiunium: " Apponatur nobis „ inquit³, " parum quod alia vice superfuit mellis et mica panis „. Quo facto, talis cibi satis⁴ perexigua⁵ refectio ieiunium solvit. Sicque ad illam usque noctis horam⁶ qua ad matutinarum⁷ laudes festiva Domino exultatione persolvendas⁸ conventus pulsantibus signis cepit preparari, pervigil in lacrimis et graciaram actione permansit. Surgentibus vero fratribus et ipse cum eis, immo velud cum Domino ipsa quondam hora ab inferis resurgente, surrexit, et non sine gratulabunda admiratione intuentium, ecclesiam nullo usus sustentamine adiit, chorum ingressus est, quod fere undecim elapso mensium spacio antea non fecerat, ibique in fletu continuatione perstitit, usque dum matutinis percantatis⁹ et, sicut in eadem ecclesia illa¹⁰ die annua consuetudine fieri solet, visibiliter exhibita representatione dominice resurrectionis, et angelice manifestationis mulieres ad sepulcrum alloquentis, ac regis sui¹¹ peractos iam triumphos ipsis et per ipsas discipulis denunciantis¹², ac demum apparitionis ipsius Christi, dilectricem¹³ suam Mariam in ortolani effigie appellantis¹⁴, missis etiam celebratis, sacre¹⁵ communionis meruit participatione¹⁶ saginari.

Cap. VIII. Qualiter duobus confessoribus suis que in visione viderat ex parte narravit.

Post hoc iam plenius¹ Deo hospite gratulabundus et alacer² in locutorium a fratribus deducitur ac religiosa eorundem sollicitudine impensius convenitur, obnixius³ postulatur ut seriatim que sibi acci-

— ¹⁷ om. 5. — ¹⁸ om. 3. — ¹⁹ om. 2.

Cap. VII. — ¹ hoc 5. — ² talem tamque 3. — ³ inquit nobis 3. — ⁴ om. 6. — ⁵ per exiguum refectioem 3. — ⁶ ad usque noctis horam 1, 5; ad illam noctis horam 3; usque ad n. h. 4. — ⁷ matutinales 2. — ⁸ peragendas 3. — ⁹ decantatis 3. — ¹⁰ ipsa 3. — ¹¹ (sui peractos denunciantis) om. 5. — ¹² denunciatis 2, denuncians 1. — ¹³ dilectione 2. — ¹⁴ compellantis 2, 3, 6. — ¹⁵ sacra 2, 4. — ¹⁶ om. 1.

Cap. VIII. — ¹ om. 5. — ² alacris 5. — ³ obnoxius 2.

derant, queque viderat, edificationis gracia eis⁴ intimaret⁵. Multa enim ostensa sibi fuisse multis ex signis universi intellexerunt qui verba eius expergiscentis pridie audierant et lacrimas eius indesinentes⁶ videbant. Quo aliquandiu cuncta dissimulante, cum illi vehementius petendo instarent, tandem illis duobus quibus confessus fuit in die cene domini, ut premissum⁷ est, singulis eorum separatim que inferius digesta sunt, interfluentibus iugiter lacrimis, et gemitu crebrius vocem absorbente, narravit et quedam quidem⁸ utrique, alia tantum isti, alia vero⁹ tantum illi, non sine pie cuiusdam et multum circumspecte dispensationis respectu, insinuavit.

Cap. IX. Que fuit peticio monachi specialis et de cuiusdam apparitione sibi facta in somno.

Hoc autem dicendi exordio usus est. "Cum „ inquit, „ et gravi et „ prolixa, sicut vidistis, tabescerem invaliditudine¹ corporis, et ore „ semper² atque animo dominum benedicerem, et gratias illi referrem quod me indignum paterno verbere castigare dignaretur, „ postposita³ omnino spe recuperande sospitatis⁴, cepi quamquam „ nimis segniter, tamen utcumque sicut scivi et potui, me ipsum „ preparare quo cicius et facilius futuri seculi calamitates evadere et „ perpetue salutis quietem, cum de corpore evocandus⁵ essem, „ invenire potuissem. Dum⁶ hec pro posse meo sedulo⁷ mecum⁸ „ agerem, aliquanto tempore illapso⁹, incidi in talem cogitatum ut „ Dominum petere deberem, quatenus revelare¹⁰ michi qualicumque „ modo dignaretur¹¹, qualis esset futuri seculi status, que animarum „ corpore exemptarum¹² post hanc vitam foret conditio, quatenus „ hiis ad liquidum cognitis plenius dinoscerem¹³ quid mihi, in brevi, „ ut putabatur, ex hac ad illam¹⁴ vitam¹⁵ migraturo, sperandum, „ quid metuendum existeret, et perinde¹⁶ in timore pariter¹⁷ et „ amore divino¹⁸ proficerem, quamdiu in ista¹⁹ ancipiti vita super- „ fuisssem. Continuis igitur votis huic nostro²⁰ desiderio satisfieri „ cupiebam, et nunc Dominum, nunc Dominam nostram, nunc „ sanctos quos familiarius diligebam, nunc omnes similiter²¹

— ⁴ om. 1. — ⁵ communicaret 3. — ⁶ indeficientes 2. — ⁷ predictum 3. — ⁸ tamen 3. — ⁹ om. 4, 5.

Cap. IX. — ¹ valetudine 1, 4, 5. — ² spiritu 2. — ³ proposita 3. — ⁴ sanitatis 2, 4, 5; sospitatis W. P. — ⁵ revocandus 2. — ⁶ cumque 4, 5. — ⁷ sedule 4. — ⁸ om. 2. — ⁹ elapso 5. — ¹⁰ revelacione 2. — ¹¹ dig. modo 2. — ¹² exeptarum 3, exemptarum W. P. — ¹³ agnoscerem 2; cognoscerem 3. — ¹⁴ aliam 3. — ¹⁵ om. 2. — ¹⁶ proinde 4. — ¹⁷ om. 2. — ¹⁸ dei 5. — ¹⁹ hac 5. — ²⁰ meo 2. — ²¹ simul 2.

„ Domini²² electos interpellando, affectus mihi inseparabiliter inserti
 „ requirebam effectum²³. Cum ecce quadam nocte, imminente iam²⁴
 „ quadragesime initio quam proxime transegimus, mihi, quod rarissime
 „ valebam²⁵, paululum dormienti, assistere visa est quedam²⁶
 „ venerabilis omnino persona et ita effari²⁷: “ O, „ inquit, “ fili, multa
 „ tibi est precandi devotio, magna intentionis tue perseverancia, nec
 „ poterit apud clemenciam Redemptoris²⁸ inefficax esse tam pius
 „ tamque²⁹ continuus oracionis tue conatus. Verumtamen, ait³⁰,
 „ amodo animequior³¹ esto, et oracioni devotus insiste, tibi etiam
 „ orationum suffragia a religiosis quibusdam³² personis³³ attentius
 „ exquire. Noveris proculdubio quod hec agens celerem pie³⁴ preca-
 „ tionis³⁵ consequeris effectum „. Nominatim et³⁶ expressit quarun-
 „ dam vocabula et officia personarum, “ multum, „ inquires, “ tibi scias
 „ profuturum si talium intercessione adiuveris quos divina pietas
 „ libencius exaudire consuevit. Mitte etiam ad bene tibi³⁷ notum³⁸
 „ ancillarum Domini³⁹ monasterium „, et nominavit illud⁴⁰, “ ab eis
 „ tibi orationum suffragia⁴¹ implorans. Plurimum siquidem dele-
 „ ctatur Christus⁴² in sancto proposito et laudabili devotione illarum;
 „ quamobrem et votis earum superna favet benignitas. Hiis dictis
 „ alloquentis ymago cum ipso ablata est sopore⁴³. Ego experrectus⁴⁴
 „ visionem fixo servavi animo⁴⁵, et, licet non propalata⁴⁶ intentione
 „ mea, quantum potui eam sanctorum supplicationibus adiuvari
 „ instancius sategi. Iamque sex decurso⁴⁷ ebdomadatum spacio,
 „ cum in nocte illa, que Cene Domini die illucescente finitur, in capi-
 „ tulo, sicut meministis, a vobis et a socio nostro disciplinas perce-
 „ pisse, ab utroque scilicet singillatim, pro ipsa videlicet⁴⁸ die
 „ unam, et quinque⁴⁹ pro transactis sextis⁵⁰ feriis quadragesime,
 „ quibus morbo impediende a susceptione disciplinarum compulsus
 „ sum abstinere, tantam inter hec dulcedinem mentis et affluenciam
 „ mihi lacrimarum⁵¹ infusam sensi quantam nullis possem verbis
 „ effari⁵². Unde et die sequenti iugiter flere dulcissimum habui.
 „ Proxima deinde⁵³ nocte post larga suspiria instante iam hora qua
 „ ad matutinas consurgendum⁵⁴ erat placidum sum resolutus in
 „ sompnum. „

— ²² dei 3, 4. — ²³ affectum 5. — ²⁴ om. 2. — ²⁵ videbam 2. — ²⁶ quidam 3. —
²⁷ affari 5. — ²⁸ R. c. 2. — ²⁹ tam 3. — ³⁰ animo, ait, equior 3. — ³¹ animo quie-
 tiori W. P. — ³² quibusque 2. — ³³ om. 3. — ³⁴ tue 5. — ³⁵ petitionis 2, 4, W. P. —
³⁶ etiam 2, 4. — ³⁷ t. b. 3. — ³⁸ vicinum *add.* 4: the monastery of nonnys here by
 V. A. — ³⁹ dei 3, 4, 5. — ⁴⁰ nominatim illud expressit 3. — ⁴¹ adminicula 2, 3, 4, 5. —
⁴² om. 3; deus 4, 5. — ⁴³ s. e. 3. — ⁴⁴ expergefactus 3. — ⁴⁵ s. f. a. 3. — ⁴⁶ prolata
 3. — ⁴⁷ d. s. 4, 5. — ⁴⁸ scilicet 2; v. p. i. 3. — ⁴⁹ unam 1. — ⁵⁰ V 3. — ⁵¹ l. m. 4, 5. —
⁵² fari 1. — ⁵³ dein 3. — ⁵⁴ surgendum 2, 3, 4.

**Cap. X. Qualiter monitus est in somnis crucem
Domini adorare.**

“ Tunc vero hanc nescio cuius ministerio delatam auditu percipio
 „ vocem hec monita perferentem¹. Surge, „ inquit, “ et² ingressus
 „ oratorium accede ad altare quod in veneratione³ sancti Laurencii
 „ et omnium martirum habetur consecratum, et retro ipsam aram
 „ inuenies crucem cui Redemptoris ymaginem sua morte vitam
 „ mundi comparantis affixam videbis. Ipsamque in memoriam Sal-
 „ vatoris supplex et⁴ devotus adiens et deosculans⁵ cordis contriti et
 „ humiliati sacrificium offer, sciturus Domino acceptum fore devo-
 „ tionis⁶ tibi que salubre holocaustum⁷ cuius ibidem pinguedine
 „ affluenter donaberis. Hic discusso⁸ sopore evigilo et cum fratribus
 „ ad⁹ ecclesiam matutinas auditurus pervenio. Quibus a conventu
 „ iniciatis, seniore, quem nostis¹⁰, in vestibulo ecclesie obvium
 „ habui, qui unus est¹¹ eorum a quibus nocte precedente disciplinas
 „ sumpsimus. Quem nutu solito ad dandam simili ordine tunc quoque
 „ nobis disciplinam¹² invitantes, alacriter capitulum ingredimur
 „ pariter, et voti compotes effecti ad oratorium leti redimus. Occurrit
 „ etiam nobis et alius¹³ in eodem loco quo istum inveneramus senior,
 „ a quo simile¹⁴ munus signo indice postulantes parum¹⁵ expectare
 „ manu innuente iussi sumus. Tunc ego, relictis sociis, qui in parte,
 „ utpote viribus debilitati, consederant, solus ad altare michi in
 „ sompnis notatum progredior. Quo appropians calciamenta depono,
 „ genibusque pavimento impressis, baculum in¹⁶ manu tenens, et¹⁷
 „ caput solotenus frequenter¹⁸ inclinans, ad locum tendo quo Salva-
 „ toris vexillum inveniendum audieram. Nesciebam sane, nullo vide-
 „ licet indicio antea instructus, quod ibi crux deposita fuisset. Invenio
 „ tamen sicut michi predictum fuerat, moxque totus in lacrimas
 „ resolutus, totoque corpore pavimento coequatus, ipsam devotissime
 „ adoro et multimodarum precum libamina suppliciter fundo. Denuo
 „ genibus innitens¹⁹ ad eam usque accedo, et post diutius repetita
 „ supplicationum et gratiarum actionum²⁰ vota, crebrius²¹ pedibus
 „ crucifixi oscula imprimo et fletibus quibus medullitus liquescere
 „ michi²² videbar sedulus rigo. „

Cap. X. — ¹ preferentem 4. — ² om. 1. — ³ venerationem W. P. — ⁴ ac 3. —
⁵ osculans 2. — ⁶ tue add. 3 post corr. — ⁷ (d. t. s. h.) tibi que salubre devotionis
 holocaustum 4, 5. — ⁸ diffusus 1; decusso 2, discusso W. P. — ⁹ om. 5. — ¹⁰ (q. n.)
 om. 2. — ¹¹ est unus 3. — ¹² disciplinas 1. — ¹³ (e. a.) alius 2; om. 5. — ¹⁴ s. a quo 2.
 — ¹⁵ parumper 2, 3. — ¹⁶ om. 4. — ¹⁷ om. 2. — ¹⁸ f. s. 3. — ¹⁹ innitens post corr. 3,
 imminens 1. — ²⁰ actionum om. 1. — ²¹ crebra 2, 3, 4, 5. — ²² tunc mihi lique-
 scere 2.

**Cap. XI. De sanguine effluente de latere crucifixi,
et de pede dextro et de duobus luminibus.**

“ Interea dum ad vultum ymaginis lumina graviora¹ lacrimis
„ attollo, mirum dictu, sed nimis iocundum visu et suave auditu, in
„ fronte michi sentio guttas quasdam² instillasse. Digitosque admo-
„ vens sanguinem ex rubore deprehendo. Contemplor denique latus
„ dominici corporis ita cruore³ emanare ut solet vivi hominis caro⁴
„ cute flebotomo recisa. Erat quidem locus ipse⁵ quo ista videbam sui
„ positione obscurior, sed visa sunt michi circa utrumque latus cruci-
„ fixi flammea duo rutilare lumina⁶, qualia possent bene ardentes
„ cerei ministrare; nichil vero, licet curiosius inspicies, videre potui
„ quod materiam⁷ tanto vel alimentum daret splendori. Suscepi
„ autem⁸ manu aperta quot nescio⁹ defluentes guttulas, et exinde
„ oculos¹⁰, aures et nares michi diligenter linivi. Postremo, an in
„ hoc peccaverim ignoro, unam eiusdem sanguinis stillam labris¹¹
„ ingessi¹², et ex nimio cordis desiderio etiam¹³ glutivi¹⁴. Quod
„ reliquum pugillo exceperam servandum decrevi. Pedem quoque
„ dextrum ymaginis sanguinare conspexi. Hesternam vero die, quando
„ michi redditus sum, cum nichil sanguinis mei in manibus meis¹⁵
„ invenissem, nimis indolui semperque dolebo super tanti precii
„ amisso¹⁶ thesauro. ”

**Cap. XII. Qualiter in capitulum venerit, disciplinas
susceperit, et qualiter in extasi mentis raptus sit.**

“ Verum, ut¹ cetera studiis vestris vel in parte satisfactorius
„ evolam, lumina illa, que alitrinsecus circa crucem radiabant²,
„ elongari³ repente vidi et in meridianam altaris plagam pariter
„ transferri. Quod cernens ego, qui in parte procumbebam aquilonari,
„ scilicet ad latus crucifixi⁴ dextrum, festinanter eo transire cupie-
„ bam quo lumina emigrabant⁵, sperans me aliquid spirituale ibidem

Cap. XI. — ¹ graviora 2. — ² graviter add. 3; leniter add. 4; suaviter add. W. P. —
³ cruorem 4. — ⁴ lichium 3, *secunda manu ubi prius relictum fuerat spatium.*
Hanc vocem non reperio apud Ducange; conficta videtur ex voce anglo-saxonica
lic sive licama = corpus vel cadaver. — ⁵ ille 2. — ⁶ luminaria 3. — ⁷ materiam
daret 2. — ⁸ vero 4. — ⁹ nescio quot 2, 3, 4, 5. — ¹⁰ et add. 3. — ¹¹ labris om. 1. —
¹² ingressi 2, 3. — ¹³ eam 3. — ¹⁴ deglutivi 2. — ¹⁵ meis om. 1; meis in manibus 4. —
¹⁶ s. am. tant. pret. 2.

Cap. XII. — ¹ inter 2. — ² radiant 2. — ³ (elongari ... ad ... emigrabant) om. 3.
— ⁴ crucifixum 5.

„ visibiliter conspiciere⁵. Quo perveniens audiavi mox sonitum
 „ longiuscule retro me factum a fratre scilicet illo a quo disciplinas
 „ expectabam suscipere. Relictis itaque⁶ hiis que ibidem videram,
 „ nescio quali modo in capitulum confestim deveni, et post disciplinas,
 „ ut prius feceram, sex vicibus iterata confessione mea et oratione
 „ eius pro me, ut moris est, cum absolutione ipsius ac benedictione :
 „ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti⁷, optabam sepius
 „ confessionem repetere et pluries⁸ disciplinari, incredibilis enim
 „ quedam michi⁹ ad¹⁰ singulas percussiones vice doloris infunde-
 „ batur dulcedo et inestimabilis suavitas, sed illo abnuente surrexi;
 „ ipse vero in sede abbatis ut erat albis indutus resedit. Tunc ego
 „ prosternens me coram eo et veniam petens, ac repetens Confiteor
 „ Deo et beate Marie et omnibus sanctis et que sequuntur, denuo
 „ absolutionem, premisso Misereatur vestri¹¹ Omnipotens Deus, etc.
 „ ac subiuncta benedictione, ab illo percepi. Cumque ad bene-
 „ dictionem eius respondissem : Amen; continuo accedens ad me
 „ quidam senior angelicum habens vultum, veste indutus bissina, que
 „ nitore sui nivis candorem superaret, capillo canus, statura medio-
 „ cris, erexit me, hoc tantum dicens : „ Sequere me „. Tenebat vero¹²
 „ manum dexteram meam¹³ tam firmiter quam leviter, sua¹⁴ eam
 „ manu complexus „.

Cap. XIII. Qualiter se primum raptum sensit.

“ Hic primum sensi me in excessu mentis raptum. „ Ad hec¹ vero
 frater ille, cui omnia retulit que super² digesta³ sunt, inquisivit
 dicens : “ Et putas „, inquit, “ frater, adhuc, quod ego vel ille⁴ alius
 „ senior, ut dicis, revera de nocte⁵ tibi disciplinas exhibuimus, vel
 „ capitulum albis induti ingressi sumus ? „ Qua ille percuntatione
 stupefactus : “ Nonne „, ait, “ utique verum esse scitis quod assero „.
 Cumque audiret ab inquirente hoc⁶ omnino nec⁷ se fecisse nec
 ordine (1) contradicente facere ullatenus potuisse, ille vehementer
 admirans dixit⁸ : “ Hoc nempe indubitanter verum fuisse hactenus
 „ credidi; nullatenus autem dubium gero id me⁹ vigili et integro

— ⁵ cons. vis. 2; spt. al. sper. me ib. consp. vis. adivi 3; sperans ibidem visurum.
 4. 5. — ⁶ om. 2. — ⁷ amen add. 5. — ⁸ disc. pl. 1. — ⁹ m. g. 3. — ¹⁰ per 2. — ¹¹ tui
 4. — ¹² autem 5. — ¹³ manum meam dextram 2, 4, 5. — ¹⁴ suam 2.

Cap. XIII. — ¹ huc 3. — ² supra 2, 3. — ³ gesta 2; dicta 3. — ⁴ om. 1. — ⁵ nocti-
 bus 2, 3. — ⁶ noc ab inq. 2. — ⁷ non 3. — ⁸ ait 4, 5. — ⁹ om. 2.

(1) Haec vox *ordo* in narratione monachi de Eynsham saepius idem sonat ac
 “ regula „ seu domus religiosae consuetudines.

„ sensu corporaliter pertulisse¹⁰, et a viris speciem vestri satis
 „ expresse perferentibus; nam et ictus audiui et sensi, et vocem
 „ exorantis et absolventis bene quasi vestram utriusque novi et
 „ intellexi. Prima vero nocte cum de ipso capitulo vobis receden-
 „ tibus, in magna quam ibi conceperam cordis leticia, ipso in loco
 „ usque ad lucem remorari cogitarem, strepitu egredientis de
 „ ecclesia conventus post finitas matutinas parumper inquietatus
 „ sum, et retractans mecum ne forte presumptionis arguerer si ibi
 „ pernoctarem, cum fratribus ad lectulum nostrum¹¹ ivi, obviumque
 „ habui fratrem Martinum cum ostium exirem¹² capituli. Pervigil
 „ autem tota nocte illa¹³ permansi et ingenti alacritate animi ita ferie
 „ sexte matutinas expectavi. Quibus cum interesssem, ut iam dixi
 „ superius, circa principium tercię nocturnę, de altari ubi oraveram
 „ accersitus, sonitu, ut premisi, facto quasi hominis pede lapideum
 „ quod adiacebat¹⁴ cederetur pavimento, capitulum adivi. Ipsa
 „ etiam¹⁵ hora fuit qua nocte anteacta postrema vice simili de causa
 „ illo perreximus. Cetera, ut retuli, omnia evenerunt nobis, hoc¹⁶
 „ tantum tamen nullatenus recordari valeo quomodo de oratorio hac
 „ ultima vice illuc deveni. Neque enim sine baculo eatenus incedere
 „ valebam, et ipsum circa altaris sacrarium me scio reliquisse.
 „ Qualiter vero interiacentem viam, longiorem, subobscuram et¹⁷
 „ gradibus aliisque offendiculis quattuor aut quinque in¹⁸ locis
 „ impeditam confecerim¹⁹ nequeo meminisse. Nam et cum ad me
 „ ipsum sero rediissem, adeo impressa erant menti mee que circa
 „ altare et²⁰ crucem corporaliter expertus fueram, ut magis ibi quam
 „ in capitulo me crederem constitutum „. Hec de hiis frater ipse
 narravit²¹.

**Cap. XIII bis (1). De duobus egrotantibus
 curatis per sanguinem crucifixi et quid fratres inde egerint,
 et de visione super hoc monacho facto.**

De cruce autem quam prenomatus frater in sompno premonitus
 adierat et¹ adoraverat nos antiquiorum fratrum attestatione olim
 cognovimus quod et² alia dudum vice sanguinem distillaverat³.

— ¹⁰ c. p. 3. — ¹¹ om. 1. — ¹² cum exirem a capitulo 4, 5. — ¹³ illa nocte 3. — ¹⁴ q. a. om. 4. — ¹⁵ enim 2. — ¹⁶ Codex 5 (Bodl. 636) satis magnam hic lacunam exhibet avulsis octo vel decem foliis post fol. 37. — ¹⁷ aliis add. 2. — ¹⁸ om. 3. — ¹⁹ fecerim 1. — ²⁰ in 2. — ²¹ ita add. 2, 3.

Cap. XIII bis. — ¹ adierat et om. 4. — ² om. 3. — ³ distillaverit 2, 4.

(1) Totum hoc capitulum deest in versione anglica impressa. Ne turbetur ordo qui in illa versione respondet seriei capitulorum satius esse duxi hunc numerum **Cap. XIII bis** adhibere.

Quidam vero e fratribus ante hoc septennium gravibus et repentinis febribus molestissime urgeri coepit. Tunc de consilio cuiusdam grandevi senioris⁴ eiusdem crucifixi pedes diluit sacrista et bibendam febricitanti eiusdem ablutionis optulit aquam. Quam⁵ ut⁶ gustavit extemplo omni fugata molestia plene convaluit. Hoc relatione tam illius qui pocionem⁷ tante salubritatis confecit et propinavit, quam illius astipulatione qui eodem antidoto recepta sospitate de morbo triumphavit cognovi⁸. Supersunt enim⁹ utrique eiusdem ligni hactenus virtutem magnis preconiiis attollentes. Quod vero frater ille de quo iam plura retulimus nimis dolere se dicebat sanguinis amissionem¹⁰ quem manu collegerat¹¹, constat nimirum quia inventus¹² in capitulo cum velud exanimis aqua perfundebatur, de manibus sicut et de oculis, fronte, ore ac naso¹³, vel reliquis membris eius, ipsum sanguinem fratres diluerunt et penitus exterserunt. Nasus vero circa medium quidem sanguine indurato concretus erat¹⁴, sed liquido patebat ipsum de naribus¹⁵ nequaquam profluxisse. Ipse vero¹⁶ asse-rebat quia recedente lumine quod circa crucem viderat, cum illi obviam festinato¹⁷ transire niteretur, ut superius¹⁸ dictum¹⁹ est, aliquid sibi de manu in pavimento decidisse²⁰. Cuius²¹ rei fidem experiri cupientes, lustravimus curiose designatum locum²², et ipsum altare purpureo sanguine cruentatum²³ nescio quot locis, ubi crux steterat, invenimus, et guttulas aliquot pavimento delapsas utroque ex altaris latere evidentius²⁴ conspeximus. Quas reverenter abrasimus et pulverem de ipsis conspersum reponentes cum diligencia servamus. Cum²⁵ autem in die parasceve²⁶ ipsa crux de retro altari²⁷ a sacrista tolleretur ad²⁸ adorandum de more a conventu, ex²⁹ improvise digitos misit super latus quod sanguine adhuc madebat intinctum. Qui pavescens³⁰ circumstantibus quidem³¹ manum ostendebat cruentatam³², sed inscius unde id³³ cruci³⁴ accidisset manum detersit. Latus vero crucifixi eiusdem adhuc vestigia cruoris manifesta conservat. Pedem vero similiter cruentatum alius quidam e sacristis³⁵ incauta velocitate non bene preventus, quia mox a venerantibus crucem deosculandus erat, diluit et extersit; aquam nichil-

— ⁴ s. g. 4. — ⁵ om. 3. — ⁶ Qua gustata plene convaluit infirmus; supersunt enim utrique, qui et potionem confecit et qui convaluit. Quorum relatione hoc cognovi qui hactenus eiusdem ligni virtutem magnis attollunt preconiiis. Quod vero etc. 4. — ⁷ pocionis 2. — ⁸ cognovimus 2. — ⁹ autem 3. — ¹⁰ amissione 3. — ¹¹ colligerat 1. — ¹² conventus 2. — ¹³ vel ore vel non 2. — ¹⁴ c. e. i. 4. — ¹⁵ d. n. i. 2. — ¹⁶ quoque 3. — ¹⁷ festinanter 4. — ¹⁸ supra 2. — ¹⁹ demonstratum 6. — ²⁰ decidisset 3, 4. — ²¹ Huius 3. — ²² designato loco 3. — ²³ aspersum 2, 3, 4. — ²⁴ evidenter 4. — ²⁵ tum 2, 3, 4. — ²⁶ parasceves 4. — ²⁷ altaris 2. — ²⁸ om. 1. — ²⁹ om. 2, 4. — ³⁰ pavefactus 2, 3, 4. — ³¹ quibusdam 2. — ³² om. 4. — ³³ illud 2. — ³⁴ om. 2. — ³⁵ cruci id 3. — ³⁵ e. s. q. a. 3.

ominus eadem ablutione rubricatam improvide eiecit, lintheolum conservans illius deterione purpuratum. Postmodum autem, cum eventus³⁶ seriem fratris iam crebro memorati insinuatione percipisset, expavit vehementer quod fecerat et, ut est bene³⁷ timoratus, Dominum sedulo exorabat quatenus ei veniam huius reatus³⁸ indulgeret. Ambigebat tamen non modice quid de sanguine huiusmodi sentire debuisset. Et ecce non post multum temporis in stratu suo multa³⁹ inde⁴⁰ cogitanti et ex dubietate fluctuanti sompnus irrepsit. Et audire sibi visus est vocem in sompnis hec protestantem⁴⁰: "Sanguinem, super cuius estimacione⁴¹ fide⁴² titubas, ita noveris debere venerari, sicut ipsum qui patientis in cruce de latere Domini noscitur emanasse „ Quocirca nos nichil temere discutere vel diffinire⁴³ presumimus⁴⁴, magis autem divina miracula humiliter veneramur⁴⁵ tanta divinitatis⁴⁶ magnalia Spiritui Sancto cuius patrantur maiestate communicantes⁴⁷ discernenda. Ipse⁴⁸ enim scrutatur etiam profunda Dei, qualiter et quantum vult suis aspirans, ut celestium noscant abdita secretorum⁴⁸. Dulce tamen⁴⁹ universis est intueri quanta superna pietatis dispensatione⁵⁰ actum sit ut frater, qui gravi percussione⁵¹ verberatus, iam consolationis munere divinitus erat⁵² refovendus, tali ac tanto summi regis munimine etiam corporaliter undique septus tueretur⁵³, ut nec spiritualium tormentorum vel hostium contuitu⁵⁴ quos erat visurus tereretur, nec corporei strepitus vel inquietudinis vehementia, qua sicut retulimus multipliciter fuerat exagitandus, ab intime⁵⁵ speculationis serenitate ullatenus intempestive advocaretur⁵⁶. Hiis itaque de istis⁵⁷ per quendam necessarie⁵⁸, ut puto, digressionis excessum compendiose intersertis, ad directum hystorie tramitem recurramus, non nostra sed illius qui experiendo hec et videndo cognovit verba vel sensa⁵⁹, quam proxime valebimus, fideli calamo exprimentes⁵⁸. Ipsum etiam pocius⁶⁰ non modo velud⁶¹ loquentem immo et tanquam⁶² scribentem inducimus, cuius cotidiana relatione de hiis ad unguem⁶³ edocti que scribimus, ne⁶⁴ in minimo quidem ab eius nos verbis deviare indubitanter scimus⁶⁴.

— ³⁶ conventus 1, 4. — ³⁷ b. e. 2. — ³⁸ huius rei veniam 3. — ³⁹ multum 2. — ⁴⁰ (cogitanti ... protestantem) multa cogitando obdormisset; visus est sibi vocem audire in sompnis hec protestantem. 4. — ⁴¹ estimacionem 2, 4. — ⁴² fidei 2. — ⁴³ vel dif. om. 4. — ⁴⁴ audemus 3. — ⁴⁵ veneremur 2. — ⁴⁶ deitatis 2. — ⁴⁷ committentis 4. — ⁴⁸ (Ipse enim secretorum) om. 4. — ⁴⁹ autem 3. — ⁵⁰ dispensationis 2. — ⁵¹ v. p. 1. — ⁵² om. 1. — ⁵³ muniretur 2. — ⁵⁴ intuitu 3. — ⁵⁵ interne 2. — ⁵⁶ advocaret 1. — ⁵⁷ (d. i.) dictis 2. — ⁵⁸ His quadam necessaria digressionem intersertis, ad rem gestam redeamus illius qui hec experiendo et videndo cognovit verba vel sensa exprimentes. 4. — ⁵⁹ sententias 2. — ⁶⁰ (e. p.) ergo 4. — ⁶¹ om. 2. — ⁶² ista add. 4. — ⁶³ (a. u.) om. 4. — ⁶⁴ (ne ... scimus) in nullo ab eius verbis deviamus 4.

**Cap. XIV. Qualiter in extasi positus sit monachus
et secutus fuerit ductorem suum.**

„ Senem itaque venerabilem „, ait frater predictus, „ qui me et vocis „ imperio et ductu¹ manus me sue comitem² asciverat, alacriter „ comitatus sum; pariter quoque incedentes simul etiam manus iugi- „ ter consertas³ habebamus, omni tempore quo corporeis sensibus⁴ „ mente absens permansi. Hoc autem fuit a medio noctis que ferie „ sexte⁵ aurora terminatur, quo scilicet tempore in capitulo mentis „ excessum⁶ incurri per totum fere sequens biduum id est⁷ usque „ ad vesperam sabbati⁸ qua ad mundane conversationis publicum „ sum vobis⁹ cernentibus a quietis quo¹⁰ fruebar secreto expulsus.

Cap. XV. Qualiter venit in primum locum tormentorum.

„ Ibamus igitur per planam viam¹ recto orientis tramite quousque pervenimus in regionem quandam spatiosam, nimis visu horrendam, palustri situ et luto in duritiam inspissato² deformem. Ibi erat videre hominum³ infinitam multitudinem⁴, quam estimare nemo sufficeret, variis et inenarrabilibus expositam suppliciorum immanitatibus. Ibi utriusque sexus universe conditionis, professionis et ordinis turba innumerabilis, ibi omnium quoque⁵ peccatorum admissores⁶, diversis quique addicti pro culparum varietate et personarum qualitate generibus tormentorum. Videbam et audiebam per late patentia illius campi⁷ spatia, cuius metas nulla circumspiceret acies oculorum, miserorum choros nimium miserabiles, turmatim collectos et gregatim criminum parilitate et professionum similitudine⁸ constitutos⁹, pariliter estuare et similiter¹⁰ eiulare sub penarum cumulo¹¹. Quoscumque vidi pro quibuscumque affligi peccatis, liquido advertebam et peccati eorum¹² genus et modum et satisfactionis qualitatem, qua solummodo vel de reatu suo penitendo et confitendo, vel aliorum remediis beneficiorum adiunctis, meruissent in illo penali exilio ad patrie celestis ingressum preparari. Universos enim ibi positos in spem¹³ salutis quandoque capiscende¹⁴ aliquatenus respirare dinos-

Cap. XIV. — ¹ nutu 3. — ² socium 2. — ³ (s. e. m. i. c.) manus simul consertas 4. — ⁴ orbatus *add.* 4. — ⁵ s. f. 4. — ⁶ incesum 1. — ⁷ (per - est) *om.* 4. — ⁸ ad sequentis sabbati vesperum quo 4. — ⁹ v. s. 2, 3. — ¹⁰ qua 3, 4.

Cap. XV. — ¹ v. p. 2, 3, 4. — ² spissato 3. — ³ h. v. 2. — ⁴ m. i. 4. — ⁵ q. o. 4. — ⁶ diucius nescio quid est quique *add.* 2. — ⁷ cappi 1. — ⁸ pro similitudine 2. — ⁹ constrictos 2. — ¹⁰ semper 2. — ¹¹ cumulis 2, 4; et dissimiliter sub penarum cumulis eiulare W. P. — ¹² eius 2. — ¹³ spe 2. — ¹⁴ capiscende 2, compensandi 3.

cebam. Omnes¹⁵ quoque ac singulos diligentius intuenti e vestigio clarebat, quibus rebus penam meruissent vel levamen¹⁵. Quosdam graviora cernebam equanimius ferre supplicia et quasi de consciencia reposite sibi mercedis bonorum que egissent operum et fiducia¹⁶ beatitudinis consecuturo animo semper proposita levia reputare¹⁷ horrenda que perferebant supplicia. Gemebant quidem, flebant et eiulabant urgentibus penis et inter hec ad ulteriora¹⁸ paulatim, semper scilicet minora vel mitiora¹⁹, pertendebant, ut sic dixerim, palestre illius certamina. Nonnullos conspiciebam de loco quo torquebantur exilire repente²⁰ et viam ad ulteriora tendentem ocus festinando carpere; quos subito emergens ab imis flamma²¹, quasi dirupto malefidi²² soli gremio, involvebat, dureque conflagratos cum flagris et²³ tridentibus et vario tormentorum apparatu accurrentibus tortoribus, omnem in eos sevitiam exacturis²⁴, denuo restituebat. Nichilominus sic exusti, sic cesi, et cedendo precordialiter discerpti²⁵, denuo evadentes simili semper conditione ulterius tendebant de gravissimis iugiter ad tolerabiliora succedentes. In hac protectione alii multum, alii parum, alii pene nichil proficiebant. Quibusdam vero de atrocissimis ad crudeliora non profectus sed miserabiliter restabat defectus, et singuli quidem, quemadmodum²⁶ vel suis pristinis iuvabantur vel impediabantur meritis, et presentibus carorum suorum amminiculabantur pro se exhibitis beneficiis. Verum de hiis evidencius quod²⁷ mente intellexi, quodve²⁸ alloquiis quorundam instructus percepi, ut inferius declarabitur, paulo post enodabo.

Cap. XVI. De diversitate penarum.

„ Infinite erant species quas ibi vidi penarum. Hii ad ignem¹ torrebantur. Hii in sartagine frigebantur. Hos unguis ignei ad ossa usque² et solutionem compagum radendo sulcabant. Illos balnea pice et sulphure cum fetore horrifico aliisque³ liquaminibus, plumbo⁴ et ere necnon⁵ et aliis generibus metallorum calore solutis, excoquebant. Istos vermes monstruosi veneniferis rodebant dentibus. Illos denso ordine substrati sudes flammatis aculeis, dum furcis⁶ regirantur⁷, unguibus distrahuntur, flagellis innumeris ceduntur, diro lania-

— ¹⁵(omnes ... levamen) *om.* 4. — ¹⁶*spe in marg.* 4. — ¹⁷animo semper leviter reputare 4. — ¹⁸interiora 1, 3; anteriora 2, 4, “ as they went forth farthir euermore „ V. A. — ¹⁹(o. m.) *om.* 2, 3. — ²⁰r. ex. 2, 3, 4. — ²¹f. a. i. 3. — ²²quadrupartito mole sibi 2. — ²³ac 2. — ²⁴exhausturis 2. — ²⁵discepti 1. — ²⁶secundum quod 4. — ²⁷vel *add.* 4. — ²⁸vel 4.

Cap. XVI. — ¹ignes 4. — ²u. a. o. 2, 4. — ³aliis quoque 4 — ⁴etiam *add.* 2. — ⁵*om.* 4. — ⁶*om.* 3. — ⁷recreantur 2.

bantur⁸ exemplo. Multos pridem agnitos michique familiares in seculo⁹ atque carissimos ibi vario exitu conspexi tormentatos¹⁰. Quorum episcopi vel abbates nonnulli¹¹ fuerunt¹², alii aliis dignitatibus, quidam in clero, quidam in seculari foro¹³, quidam in claustro floruerant quos duplici super immunes personas videbam cruciari dolore. Nam clericos et monachos, laicos et feminas, tam laicas quam sanctimoniales, eo simplicioribus¹⁴ vidi addictos cruciatibus, quo in vita priori minoribus fuerant honorum fulti privilegiis. In veritate speciali quadam¹⁵ pre ceteris acerbitate supplicii universos angi¹⁶ perspiciebam¹⁷ quos iudices aliorum vel prelatos¹⁸ nostra etate noveram extitisse. Longum¹⁹ nimis erat quid singuli meruissent quidve paterentur, non²⁰ modo ignoti sed etiam²¹ cogniti, vobis²² exponere, et de omnibus preterire non foret gratum. Pauca igitur ex multis perstringam, et de ceteris quibusdam personis¹⁹ quid et qua ex causa perferebant vel antea²³ post obitum suum pertulerant; nam et hoc²⁴ in singulis perspicuum²⁵ michi fuit, ex parte²⁶ sicut veraciter comperi declarabo. Ex parte dixerim quia omnimodis²⁷ illius seculi vel²⁸ levissima quolibet eloquio describere supplicia nulla lingua sufficeret, nulla hominis²⁹ estimatio concipere³⁰ posset. Varietatem et multiplicitem qua vicissim alternantibus subduntur penis nemo vere fateor dinumerare prevaleret. Testis michi Deus est, quia³¹ si viderem quempiam hominum qui me et omnes caros meos, omnibus que homini in hac vita constituto possunt irrogari dampnis, iniuriis et lesionibus et extrema leti sorte affecisset, si, inquam, tam immanissimum hostem meum illis suppliciis que vidi deputatum conspicerem, prolixius³² cruciandum, milies si fieri posset pro eius ereptione mortem temporalem³³ oppeterem³⁴, adeo quecumque ibi sunt penalia³⁵ doloris et angustie³⁶, amaritudinis et miserie, mensuram excedunt et modum (1). Viderimus nos quantis nisibus, quam castigatis³⁷

— ⁸ laniabant 1. — ⁹ m. i. s. f. 4, 5. — ¹⁰ cruciatos 4, 5. — ¹¹ n. e. v. a. 4. — ¹² extiterunt 4. — ¹³ (q. i. s. f.) om. 3. — ¹⁴ minoribus 4. — ¹⁵ q. s. 3. — ¹⁶ a. u. 2. — ¹⁷ conspiciebam 3. — ¹⁸ in prelatos 2. — ¹⁹ (Longum nimis personis). Quoniam autem longum nimis esset de singulis, pauca saltem de certis quibusdam personis perstringam 4. *Hic et saepius alibi textus quem exhibent codices 4 et 5, recentioris uterque aetatis, non transsumptum sed potius epitome quaedam seu nova recensio textus primitivi habendus est. Parum igitur confert in his locis ad veram lectionem constituendam, neque operae pretium videtur omnes eiusmodi varietates annotare.* — ²⁰ (ne)que 2. — ²¹ et 2, 3. — ²² nobis 2. — ²³ et add. 3. — ²⁴ quod add. 1. — ²⁵ conspicuum 2, 3. — ²⁶ ut in parte 3; in parte 1. — ²⁷ omnimode 3. — ²⁸ vel om. 3. — ²⁹ hominum 2, 3. — ³⁰ estimacione concipi 2. — ³¹ quod 3. — ³² proprius 1. — ³³ t. m. 2. — ³⁴ optarem 3; appeterem 1. — ³⁵ p. s. 2, 4. — ³⁶ om. 2. — ³⁷ castitatis 1.

(1) Haec et alia quae sequuntur bis affert Dionysius Carthusianus, scilicet in *Dialog. de Particulari Iudicio Animarum* et in *Libro de Quatuor Novissimis*. Non

moribus, quam laboriosis mandatorum Dei et omnium³⁸ bonorum exercitationibus operum, deberemus conari ut nos ipsi tot tamque immensis preripi meruissemus erumpnis, et hiis deputati pro suis excessibus, carissimi parentes, amici dulcissimi, et suavissimi quondam dilectores nostri, pietatis et misericordie exhibitionibus pro redemptione sua³⁹ devote a nobis inpensis inde citius eruerentur⁴⁰.

„ Prius vero⁴¹ quam speciales aliquorum describam agones quos ibi repertos ab ipsis recognitus ipse cognovi⁴², volo breviter percurrere summam commemorare que et alia suppliciorum stadia, postquam hoc penale transivimus ergastulum⁴³ mesto compassionis affectu lustrando conspexi. Erat⁴⁴ sane huius prout videbatur palestre impermeabilis longitudo; sed nos, dux scilicet meus et ego, ex transverso⁴⁵ illam pretermavimus, sicut et alios quos inferius memorabo tormentales fines⁴⁶. Confinia nempe transibamus cruciatuum sed inter ipsos non incessimus, licet hoc, ut videbatur mihi, impavidi⁴⁷, indempnes et prorsus illesi potuissemus. „

— ³⁸denique *add.* 2, 3, 4. — ³⁹redemptionibus suis 2. — ⁴⁰eicerentur 2. — ⁴¹om. 4, 5. — ⁴²agnovi 2, 3. — ⁴³exercitium W exitium P. — ⁴⁴fuit 3. — ⁴⁵transversa 3; transsumpo (*sic*) 1. — ⁴⁶fores 3. — ⁴⁷et *add.* 4.

abs re fortassis erit brevi exemplo indicare quamnam normam tenuerit in eiusmodi locis referendis.

DE QUATUOR NOVISSIMIS.
(Art. XLVII).

Testis mihi est Deus, quia si viderem quempiam hominum qui me et omnes charos meos omnibus damnis atque iniuriis, que homini in vita hac possunt irrogari; imo et morte affecisset, illis suppliciiis deputandum, milleries (si fieri posset) pro eo temporalem mortem subirem quam tantis suppliciis eum tradi permetterem, ita mensuram et modum doloris et angustie, amaritudinis et miserie excedunt quaecumque vidi ibidem.

DE PARTICULARI IUDICIO.
(Art. XXIII).

Testis mihi est Deus, quia si viderem aliquem hominem (qui me et omnes charos meos afflixisset omnibus penis atque iniuriis que possunt homini in vita hac irrogari, aut etiam occidisset) deputari suppliciis que vidi ibidem, milleries (si fieri possit) pro eius ereptione mortem appeterem, in tantum cuncta que vidi ibi excedunt mensuram et modum doloris et angustie, amaritudinis atque miserie.

In art. XXVIII *De Particulari Iudicio* affirmat Dionysius hanc "visionem cuiusdam monachi, quae Anglicana vocatur „ et simul visionem Tundali easque quae in Purgatorio Patricii sint ostensae, esse veras et fide dignas. Quin et interlocutor audita expositione eius ita respondet :

Libentissime hanc tuam audivi censuram seu positionem, confidens quod et alii multi his auditis cum maiori credulitate copiosiorique fructu, praeferas et consimiles lecturi sint visiones.

Cap. XVII. De secundo loco tormentorum.

„ Post hunc igitur¹ ad alium quoque tormentorum devenimus locum². Mons vero nubibus ipsis celsitudine sui pene contiguus locum disternabat utrumque. Huius nos iuga tam facili quam veloci gressu subegimus. Erat itaque sub remoto ipsius montis latere vallis profundissima et tenebrosa, altrinsecus iugis rupium eminentissimis cincta, cuius longitudinem nullius perstringeret³ aspectus. Ima eiusdem⁴ vallis fluvius⁵ dixerim an stagnum nescio, tenebat, amplitudine atissimum, teterrimo latice horrendum, quod nebulam fetoris indicibilis iugiter exalabat. Imminens vero hac ex parte⁶ stagni montis latus, rogam, ad ipsam usque celi cameram⁷, succensum emittebat. Ex opposito autem promontorio⁸ collis eiusdem tanta frigoris immanitas certatim nivis et grandinis sevientibus procellis rigeat, ut illo eatenus algore nichil penalius me⁹ conspexisse putaverim. Tractus prescripte vallis et utriusque montis latera, que frigoris et ignis facies horrenda invaserat, ita multitudine fervebant animarum, ut solent alvearia crebro apum¹⁰ examine scatere. Quibus hoc generale fuit supplicium, quod nunc in amne fetido mergebantur, nunc inde erumpentes hinc obviis voluminibus ignium vorabantur, et demum fluctuantibus flammarum globis tanquam fornacis scintille in editum delate, et in alterius ripe profunda demisse, turbinibus ventorum, frigoribus nivium, et grandinum asperitatibus excipiebantur, et inde precipitate ac quasi refugientes¹¹ violenciam¹² tempestatum, iterum fetoribus fluvii, iterum concremationibus debacchantis incendii reddebantur. Quosdam flamme, quosdam frigora, diucius cruciabant, et quidam¹³ in amnis fetore moram ducebant largiorem. Alios quasi oleas in prelo ita mediis in flammis¹⁴ comprimi, quod dictu quidem mirabile est¹⁵, et iugiter artari videbam¹⁶. Omnium qui illo loco¹⁷ cruciabantur ista fuit conditio, quod ad perficiendam purgationis sue plenitudinem, omnia illius loci a principio usque ad finem permeare cogeantur spatia. Maxima tamen et multiformis erat ibi afflictorum distinctio; quia istis levior et ocior indulgebatur, pro meritorum qualitate et collatorum sibi post funera¹⁸ solationum quantitate, transitus. Maioribus obnoxii reatibus et restrictioribus adiuti reme-

Cap. XVII. — ¹i. p. h. 2. — ²d. l. t. 2. — ³pertingeret 1; superaret W. P. — ⁴illius 4. — ⁵fluvium W. P. — ⁶e. h. p. 3, W. P. — ⁷ad ipsos usque celi cardines W. P. — ⁸exposito autem promuntorio 3. — ⁹om. 3. — ¹⁰apis 1. — ¹¹fugientes 2. — ¹²violencia W. P. — ¹³quedam 1; quedam ante corr. 3; om. 2. — ¹⁴i. m. f. 4, 5. — ¹⁵mirum est 2, 3. — ¹⁶visebam W. P. — ¹⁷om. 1; illic 4, 5. — ¹⁸(p. f.) pro summa 3; post funera W. P.

dñs, gravi et diutino detinebantur supplicio. Omnibus vero¹⁹ quanto plus ad finem illius proximabant loci, eo mitior restabat cruciatio. Crudelissimam vero in principio constituti perferebant, quamquam, ut premisi, non omnes equaliter²⁰. Gravissima²¹ istius loci tormenta immaniora²² fuerunt quam loci superius a nobis inspecti immanissima. Similiter et minima illius loci leviora erant quam istius. Unde fiebat quod multi ibi gravius quam hic videbantur torqueri. Hic vero multo²³ plures notorum meorum quam superius reperi et agnovi. Quibusdam utrobique collocutus sum. Stature eorum non satis²⁴ patebat mensura quam pridem noveram; quorundam vero²⁵ velud attenuata supplicii et imminuta forma visebatur²⁶; alii de granditate²⁷ solita nil deposuerant. Ceterum cognitioni intuentis in nullo preiudicabat ista diversitas. Ita prompta michi²⁸ fuit et manifesta omnium cognitio, sicut²⁹ ipso tempore quo nobiscum degebant³⁰ in seculo.

Cap. XVIII. Qualiter beata Margareta quandam meretricem liberavit a demonibus.

„Hic iam referre libet perpulerum quoddam magne pietatis¹ opus, quod tunc quidem meroris pariter et gratulationis² michi prestitit insigne spectaculum, et³ toti semper⁴ mundo egregium esse valeat pie in Deum et sanctos et sanctas eius venerationis documentum. Dum enim que supra retuli aliaque quamplura⁵ stupens conspicio⁶, et longiores cum notis meis confabulationes protraho, audiebatur eminus strepitus commotionis magne, ingensque tumultus quasi latrunculorum vociferantium super preda quam cepissent, et hosti quem vicissent inconditis cachinnationibus insultantium. Et ecce post commotionem sequebatur valida, immo nefanda⁷ malignorum spirituum cohors, animam a se olim illaqueatam in seculo et modo inde abstractam ducentium, mox infernalibus⁸ ut sperabant claustris ingerendam. Deus bone, quas cruces, que supplicia infligebant captive sue novi illi hospites illius, eo in exsulem immaniores quo eam noverant magis desolatam et destitutam auxilio. Quis unquam referenti crederet audiens nefandos diaboli satellites miserabilem animam vicissim⁹

— ¹⁹ om. 3. — ²⁰ licet omnes eam equaliter pertulissent W (I) * *not all equally*, V. A.; penam *add.* 4. — ²¹ levissima W. P. — ²² *ante corr.* immaniora, *post corr.* mitiora 3. — ²³ om. 2, 3. multo W. P. — ²⁴ statim 2. — ²⁵ enim 2, 4, 5; om. 3. — ²⁶ videbatur 2. — ²⁷ quantitate 4, 5. — ²⁸ m. p. 3. — ²⁹ in *add.* 2. — ³⁰ degebat 3.

Cap. XVIII. — ¹ p. m. 3. — ² congratulationis 4. — ³ quod *add.* 4, 5. — ⁴ om. 4. — ⁵ complura 3. — ⁶ aspicio 3. — ⁷ n. i. v. 4. — ⁸ i. m. 2, 4. — ⁹ om. 2; v. m. a. 3.

ab isto ad illum quasi pilam iactare¹⁰; hunc igneis tridentibus, illum furcis eque¹¹ flammeis excipere vel excipienti auferre. Quis, etsi credant qui¹² audiunt, ullo unquam sermone exponet¹³ quomodo iecur, qualiter cordis intima, quomodo abditos¹⁴ viscerum recessus, flammigera terebrabant spicula furentium lanistarum et tamen, ut ipse Deus testis est, hec tanta taliaque¹⁵ tormenta tam vere quam seve irrogabant illi, pertulit¹⁶ illa, ego conspexi. Neque enim, ut carnalium oculorum natura consuevit, eorum superficiem tantummodo qui¹⁷ videbantur perstringebat obtuitus, sed que in occultis bona vel mala sentiebant qui afficiebantur letis aut tristibus, omnia intuenti pervia fuerunt atque conspicua. Ita igitur¹⁸ infelix anima presentium dolore et eternorum metuangebatur dolorum¹⁹, nec spes aliqua hec vel illa evadendi²⁰ miseram refovebat, meritorum suffragiis desolatam. Quidni hanc²¹ amaritudinem omnium amaritudinum dixerim amarissimam, quam nec fiducia mitigabat²² levaminis, et exaggerabat²³ desperatio finis, precipue autem conscientia torquebat reprobe actionis? Pridem libenter reiecerat honestatis claudem, fuerat enim meretricium opus eius in seculo, non confusionis operta²⁴ diploide quam scilicet²⁵ conscientie pudibunde attestatio et insultantium²⁶ urgebat insolens exprobratio. In libro discebat experientie quid illud, quod semper quasi leve contempserat, amari habeat ponderis; unde in psalmo canitur: " Veniat mors super illos et descendent in infernum viventes. „ Et illud beati Iob: " Ducunt in bonis „ dies suos, et in puncto ad inferna descendunt. „ Vel quod iterum²⁷ legimus: " Merces criminis²⁸ ignis et vermis. „ Dum itaque²⁹ quasi triumphalibus hostium pompis infelix ob carnis illecebras agitur in gehennam, lux repente de sublimi celorum cardine copiosa emicuit, cuius hebetati³⁰ radii predicti tenebrarum ministri qui eam vehabant ad terram cum illa pariter dilabuntur³¹. Cum luce vero premissa multitudo descendit virginum niveis vestibus auro et margaritis intermicantibus refulgentium. Gratiam et gloriam vultus vel aspectus earum non describo, que tanta fuit quantam nec animo recolere³² ipse qui vidi digne sufficio. Inter istas unam speciosissimam³³, beatam scilicet Margaretam, agnovi, quam mox ut vidit anima prefata criminum periculosius quam demonum captiva miserabilibus vocibus exclamare cepit: " O „, inquit, " sponsa Christi gloriosa³⁴, miserere „ mei, subveni desperante³⁵, et ob scelera propria meritis iuste sup-

— ¹⁰ iactari 1, 3. — ¹¹ om. 4. — ¹² que 2. — ¹³ exponeret 4, 5; exponi 1. — ¹⁴ om. 1. — ¹⁵ talia 1. — ¹⁶ perferebat 3. — ¹⁷ que 4. — ¹⁸ ergo 2, 3, 4. — ¹⁹ malorum 2. — ²⁰ pervadendi 3. — ²¹ eius add. 3. — ²² mitigat 4. — ²³ exaggerat 3, 4, 5. — ²⁴ aperta 2. — ²⁵ et add. 2. — ²⁶ insultaneum 1. — ²⁷ sepe 3. — ²⁸ carnis 2. — ²⁹ ita 1. — ³⁰ elietati (sic) 1. — ³¹ dilabantur 2. — ³² revolvere 3. — ³³ spesiosam 3. — ³⁴ preciosa 2, 3, 4. — ³⁵ s. d. m. m. 2.

„ pliciis addicte. Confiteor, et vere confiteor, quia in omni vita mea
 „ mandata Dei contempsi corpusque meum omnium³⁶ pollutionum
 „ labe fedavi, Deum vel aliquem sanctorum seu sanctarum preter te
 „ nunquam vel affectu dilexi vel facto venerata sum. Te solam de
 „ supernorum civium numero ex corde semper amavi, omni³⁷ die
 „ sabbati coram altari tuo luminaria de meo exhibui, corrupte vite
 „ consuetudinem dudum bene sospes, et mei plene³⁸ compos, ob
 „ honorem et dilectionem tui postposui et prorsus deserui, confes-
 „ sionis lavacro totius vite mee flagitia diluisse³⁹ credidi, sed hanc,
 „ heu proh dolor, nec precedens contritionis fervor, nec subse-
 „ quentes⁴⁰ penitencie et satisfactionis digne fructus congruam⁴¹
 „ reddiderunt ad tot et tantas⁴² tamque inveteratas diluendas sordes.
 „ Adherent igitur⁴³, heu michi, non remisse iniquitates mee, quia
 „ neglexi illas dignis actionibus tegere. Siccine ergo domina et dul-
 „ cedo unica mea, peribunt michi devotionis mee munia fideliter
 „ impensa tibi? Immo egone⁴⁴ sic peribo⁴⁵ non modo michi sed tibi,
 „ cui soli non perire impense studui cum michi et omnibus perii? „
 Hec et alia in hunc modum vociferando et miserabiliter eiulando, ac
 dure et amare supra quam credi possit⁴⁶ lacrimando, nam Dominum
 testem invoco quod in grandinis modum⁴⁷ lacrimas ab oculis eius
 erumpentes conspiciere michi visus sum; talia, inquam, dum ista con-
 geminat, beatissima virgo et martir Margareta, ad sodales que simul
 aderant virgines conversa: “ O „, inquit, “ dulcissime sorores, videtis
 „ periculum huius qualiscumque olim veneratricis mee, et scitis
 „ pervicaciam demonum qui sibi ius in illam usurpare multis ratio-
 „ num fulti presidiis non differunt⁴⁸. Agite ergo⁴⁹, quod solum
 „ remedii superest, eterno Iudici et pio Redemptori preces fundamus,
 „ quatinus⁵⁰ qui omnia potest, ob sui clemenciam et gratiam nostri⁵¹,
 „ huic ovicule suo sacro sanguine olim redempte, iam vero virulentis
 „ luporum dentibus⁵² prefocate, sicut novit, aliquatenus dignetur
 „ subvenire. „ Hec cum orasset⁵³ virgo gloriosa, incunctanter uni-
 verse, ad solum genibus demisse⁵⁴, palmis in sublime porrectis,
 grata⁵⁵ gratifico suo et⁵⁶ immortalis sponso pro peccatrice thura
 libant⁵⁷ orationum. Nec tardius quod petunt divinitus⁵⁸ impetrato ab
 oratione surgunt. Hec virgo prefata, non minori vultus quam animi
 constancia, sinistris spiritibus terribilis et minax, propius accedens,
 quasi flabello de manica sua facto, ictus moliri cepit⁵⁹ in nequam. Qui

— ³⁶ omni 1, 3. — ³⁷ omnique 2. — ³⁸ bene 1; plene mei 3. — ³⁹ me *add.* 4. —
⁴⁰ subsequentis 3. — ⁴¹ non *add.* 1. — ⁴² (c. t.) tantasque 2, 3. — ⁴³ michi 1. — ⁴⁴ ego
 non 1; ego nec 2. — ⁴⁵ peribo *ante corr.*; pereoo *post corr.* 3. — ⁴⁶ potest 3. — ⁴⁷ m.
 g. 4. — ⁴⁸ deferunt 3. — ⁴⁹ om. 3. — ⁵⁰ ipse *add.* 2. — ⁵¹ nostre 2; suam 3. — ⁵² d. l.
 3. — ⁵³ perorasset 2, 3. — ⁵⁴ demissis 3. — ⁵⁵ grate *add.* 2. — ⁵⁶ om. 2. — ⁵⁷ litant
 2, 3, 4. — ⁵⁸ om. 1. — ⁵⁹ in *marg.* 2; *om. relicto spatio* 1; molitur 3; moliebatur 4, 5.

mox ut solent musce acte turbini^{bus} hac illacque diffugiunt captivam suam male malo eatenus stipatam comite iam bene solam relinquentes. Extemplo apparuit in loco remotiori fossa bullientem habens aquam ad summum plena. In hanc illam ream pariter et absolutam repente dimersam⁶⁰ vidi. " Hic „ ait miseratrix piissima et potentissima liberatrix eius, sepe memoranda, beata scilicet Margareta, " hic penitenciam, quam peragere dissimulasti in seculo, „ consummare necesse habes, interventione⁶¹ mea plurimum habi- „ tura levaminis, et maculis demum⁶² tuis expiatis per me gaudiis „ admittenda sempiternis. „ Dici vero non potest quam hilaris et gaudens peccatrix illa⁶³ exceperit sententiam, in qua⁶⁴ sic debitam agnovit iram ut et⁶⁵ indebitam sentiret clementiam. Ita virginalis acies specioso seque digno potita triumpho celo recipitur.

Cap. XIX. De quodam aurifabro per beatum Nicholaum a damnatione liberato.

„ Exigit vero similitudo miraculi ut hic quoque non imparis misericordie, non inferioris potencie, sanctissimi presulis et confessoris piissimi retexam, domini scilicet mei¹ beati Nicholai, opus eximium, in quodam famulo suo, michi dudum familiariter ob quedam bona que illi videbantur inesse cognito et dilecto, nuperrime patratum, quod ea² ex ratione hic iam libencius replico, quia ductoris mei cum nomine³ meritum quoque is de quo nunc agimus⁴ michi primitus declaravit⁵. Licet forte prevaricari videar prescriptam hystorie seriem, qua superius dixi, me prius loca queque penalia michi ostensa summatim percursum⁶, quam speciales aliquorum retexerem⁷ cruciatus; sed hoc aliorum respectu⁸ dictum accipiat de quibus innumeras quas inferius seriatim elucidem⁹ narrationes referendas accepi¹⁰ ad cautelam legencium sive¹¹ audiencium. De isto in presenciarum ob causas prelibatas agere opere precium nobis videtur. Igitur meminisse vos credo¹² ea tempestate qua me passione quam squinciam¹³ physici vocant¹⁴ desperabiliter percussum visitaturus¹⁵ in villam¹⁶ ubi semineci non dissimilis decumberebam¹⁷ descen-

— ⁶⁰ demissam 4. — ⁶¹ intercessione 2. — ⁶² deinde 2, 4. — ⁶³ dictatam *add.* 2; illam dictatam 4. — ⁶⁴ quam 1. — ⁶⁵ *om.* 1.

Cap. XIX. — ¹ *om.* 2. — ² ita 3. — ³ cognomine. — ⁴ his de quibus nunc agimus 3, agitur 4. — ⁵ primo michi declaravit 4. — ⁶ ostensurum 3. — ⁷ retexere 3. — ⁸ relatu 2. — ⁹ elucidem 3, 4. — ¹⁰ suscepi 4. — ¹¹ seu 3. — ¹² pro *add.* 3. — ¹³ sinanciam 2, 4; squinciam 3. — ¹⁴ appellant 2, 3. — ¹⁵ *om.* 2. — ¹⁶ quandam *add.* 2. — ¹⁷ (u. s. n. d.) *om.* 2; decedentem *add.* 2.

deratis (1), aurificem quemdam eiusdem loci civem subita morte expirasse; de quo etiam id¹⁸ celebriter vulgatum fuerat¹⁹, quod nimia vini potatione ingurgitatus²⁰ vitam ebrietate vendiderit, letum leticia non bene cautus institor emercatus. Hunc ergo ubi sortem vocationis sue accepisse diceres²¹ nisi inter illos de quibus specialiter Iohannes in epistola sua scribere videtur, ita dicens: "Est „ peccatum ad mortem non pro hoc²² dico ut quis oret? „ Quis vero tam absolute peccatum ad mortem dicetur admittere quam qui vitam exuit²³ et mortem excipit manens in crimine. Hic autem non quicumque sed in illo crimine, nec modo usque ad mortem mansit, sed illud admittendo mortem sibi ascivit, quod occasio et seminarium solet esse omnium malorum. Ebrietas enim, ut quidam ait²⁴, nullum vitium excusat. Ne autem offendamus potentes ad bibendum vinum fortesque²⁵ ad concinnandam ebrietatem, qui negant vitium²⁶ cui deserviunt mortalis peccati theca esse prefigendum²⁷, maxime cum (casu) contigerit²⁸ illud, nec²⁹ continuam febrem sed interpolatam imitari, — cum tamen frequentior et³⁰ durior ac pene inexorabilis esse prenuncia mortis soleat quartana quam febris cotidiana, — ne, inquam, eos qui huiusmodi sunt nimis exaggerando temulencie crimen scandalizemus, dicamus hoc³¹ quod verum scimus, hunc, cuius modo et peccatum ut caveatur et periculum innotescimus ut timeatur, cum in pristina vita ad ebrietatem nimis fuisse pronum, tum illo triduo quod in seculo vidit ultimum in huius admissi reatu deguisse continuum. Si ergo pridem michi constitisset eum, licet nobis carum, tali veraciter ex causa in fata concessisse³², quid de eo³³ dignius censerem quam pro illo³⁴ non orare ne penes iustum iudicem nil preter repulsam cassa oratio reperisset. Orare tamen pro illo, licet egre, consueveram, multum scilicet scandalizatus, sed non usquequaque certificatus³⁵ fama tam luctuosi interitus. Contigit ergo³⁶ celesti provisione quod in hoc³⁷ loco tormentorum quem postremo depinxi hunc michi cominus vicinum aspexi. Quem confestim agnoscens, et pre multis aliis quos videram spe bona tormenta tolerare leviusque³⁸ afflictum³⁹ cernens, opido⁴⁰ miratus sum. Ductor vero meus,

— ¹⁸ id etiam 2. — ¹⁹ de quo ... vulgatum fuerat, *spatio trium vocabulorum fere relicto* 3. — ²⁰ i. p. 3. — ²¹ dicetis 2. — ²² (n. p. h.) pro quo non 2. — ²³ (Quis ... exuit) *om.* 3. — ²⁴ dicunt 2. — ²⁵ et fortes 3. — ²⁶ vitium *post corr.*, vitio *ante corr.* 3. — ²⁷ thecam esse perfringendum 2. — ²⁸ contingat *post corr.* 3. — ²⁹ non. 2 — ³⁰ ac. 2. — ³¹ *om.* 1; hoc *post corr.* 3. — ³² vitam finivisse *secunda manu in spatio relicto a priore amanuensi* 3. — ³³ mihi facto 2. — ³⁴ pro illo quam 2. — ³⁵ de *add.* 4, 5. — ³⁶ *om.* 2. — ³⁷ *om.* 2. — ³⁸ levius 2; levius quoque 4. — ³⁹ et *add.* 1. — ⁴⁰ *om. relicto spatio* 3.

(1) Scriptorem, i. e. Adamum, alloqui videtur monachus, numero plurali comitatus causa adhibito.

cernens me illum attentius respectantem, sciscitatus est an illum agnoscerem, et audiens illum michi⁴¹ notissimum fuisse: " Ergo si „, inquit⁴², " nosti eum, loquere illi „. Ipse vero intuens in nos et recognoscens, ineffabili gestu leticie applaudebat viro qui ducebat me⁴³, expansis manibus crebraque totius corporis inclinatione illum⁴⁴ veneratus⁴⁵, atque salutans, et pro impensis beneficiis inexplicabiles⁴⁶ referens gratiarum⁴⁷ actiones⁴⁸. Ego interim salutavi eum et ille me gratulabundus resalutavit. Tunc a me inquisitus quomodo immania tam cito pertransisset tormenta⁴⁹ que illum pertulisse ipso eius aspectu cognovi, ita inquit⁵⁰:

Cap. XX. Monachus hic primo scivit quod beatus Nicholaus fuit ductor suus.

" Vos „, inquit, " dilecte mi, in seculo unanimiter me universi „ quasi pro perduto et dampnato habetis, nescientes clementiam et „ misericordiam presentis¹ domini mei sancti Nicholai, qui me, infelicem homuncionem² et servulum suum inutilem, meritam non „ est passus dampnationem perpetuo subire „. Ad quem³ ego: " Revera „, inquam, " ut asseris, nimium omnes amici tui⁴ repentina „ clade, qua te preventum doluimus, animo consternati sumus, „ existimantes profecto te⁵ iudicium subiisse remota misericordia, „ cui vidimus ante mortis periculum omnia christianitatis abnegata „ remedia. Verum quia secus ac⁶ putabamus successisse tibi iam „ letissimus comperi, magno opere a te ipso audirem omnem interitus tui seriem, quo scilicet ordine et temporaliter obisti, et mortis „ perpetue⁷ discrimina⁸ effugisti „.

Cap. XXI. Narratio aurifabri de subita eius morte.

Et ille: " libens „, ait, " quod¹ cupis tibi enarrabo. Nosti enim „ quibus studiis vitam meam in seculo² dicaveram. Quantum ad ea „ que in prospectu intuentibus patent crimini maximo ebrietatis „ mala³ devinctus consuetudine finetenus deservivi, non tamen „ volens quantum ad interioris hominis votum, multum enim michi

— ⁴¹ om. 2. — ⁴² inquit si 3. — ⁴³ m. d. 3. — ⁴⁴ om. 2. — ⁴⁵ venerans 2. — ⁴⁶ innumerabiles 4, 5. — ⁴⁷ g. r. 2. — ⁴⁸ (r. g. a.) gratias agens 3. — ⁴⁹ supplicia 3, 4, 5. — ⁵⁰ inquit 1.

Cap. XX. — ¹ om. 2. — ² hominem 3; om. 4, 5. — ³ quod 2. — ⁴ anime tue 2. — ⁵ t. p. 3. — ⁶ quam 3, 4. — ⁷ eterne 5. — ⁸ crimina 2; discrimen 4, 5.

Cap. XXI. — ¹ que 4, 5. — ² i. s. v. m. 2. — ³ prava post corr. 3.

„ displicebat multumque dolebam quod vitium hoc pestiferum dese-
 „ rere non potui. Frequenter etiam erexi me contra me quasi firmiter
 „ proponens quod iugum⁴ turpissime servitutis huius⁵ qua detentum
 „ me vidi abicerem⁶, sed mox bibendi voluptate et combibentium⁷
 „ importunitate quibus ex equo⁸ inique compotare urgebar⁹ devi-
 „ ctus, trahebar denuo captivus in peccati regnum¹⁰ quod erat in
 „ gula et faucibus meis. Inter hec vero per misericordiam Domini
 „ nostri¹¹ qui neminem vult perire in dominum meum, quem felici
 „ comitatu presentem sequeris, sanctissimum Nicholaum scilicet¹²,
 „ cuius eram parochianus, talem habui devotionem ut nulla unquam
 „ occasione pretermiserim, quin eius venerationi quicquid potuissem
 „ devotissime¹³ exhiberem. Quantumlibet sero ebrietati indulsissem,
 „ matutinas de nocte nullatenus pretermittere consuevi, sed mox
 „ pulsante signo ipso frequenter capellano ocior¹⁴ accurrebam. Lam-
 „ padem in oratorio domini mei sancti Nicholai de meo proprio
 „ iugiter exhibebam. Que vero ad totius ecclesie cultum, sive in
 „ luminaribus sive in rebus diversis, forent necessaria, sedulo quasi
 „ familiare ipsius mancipium in id ipsum mancipatum¹⁵ procurabam,
 „ et, ubi proprie facultatis minus suppetebant vires, comparochianos
 „ monebam¹⁶ ad conferendum que¹⁷ defore viderentur¹⁸. Dona vero
 „ conferentium suscipiebam opportunis usibus fidelissime expen-
 „ denda¹⁹. Bis in anno scilicet ante Natale Domini et ante Pascha,
 „ purissimam, prout sciebam, peccatorum meorum sacerdoti facie-
 „ bam confessionem, penitentiam suscipiens et in parte illam studiose
 „ adimplens, non enim sufficienter que precipiebar²⁰ observabam;
 „ hinc nonnunquam²¹ et omittens facienda, hinc et cavenda admit-
 „ tens. Dies dominico aduentui²² solempniter in ecclesia dicatos ex
 „ mandato²³ sacerdotis²⁴ cum abstinentia quadragesimali transige-
 „ bam, quibus sponte mea tot²⁵ de prioribus adiciebam dies quot
 „ numerum explerent quadragenarium²⁶. Ita in die²⁷ qua Verbum,
 „ caro factum, de thalamo uteri virginalis processit ut habitaret in
 „ nobis et videretur a nobis, Corporis et Sanguinis ipsius²⁸ vivifica
 „ percipiebam mysteria sed heu, proh dolor! cum illis sacrosanctis
 „ diebus dominice Nativitatis cautius et sacratius vivere oporteret ne
 „ visitantis nos tanti regis presentia, conversatione nostra indisci-
 „ plinali²⁹ offensa, magis supplicia ingratis irrogasset, quam suppli-

— ⁴ hoc *add.* 3. — ⁵ *om.* 3. — ⁶ h. q. d. m. v. a. s. 2. — ⁷ bibentium 2. — ⁸ ex quo
 5. — ⁹ cogebar 3. — ¹⁰ r. p. 2, 4, 5. — ¹¹ mei 1, 2, 4. — ¹² *om.* 4, 5. — ¹³ devote 3. —
¹⁴ o. c. 4, 5. — ¹⁵ mancipiatum 1; deputatum 2. — ¹⁶ movebam 4. — ¹⁷ quasi 3. —
¹⁸ videbantur 4, 5. — ¹⁹ exponenda 2. — ²⁰ precipiebat 2; precibiebantur 3. —
²¹ inquam 3. — ²² dominici adventus 2; dominicos adventui 1. — ²³ domini *add.*
 2. — ²⁴ mei *add.* 2. — ²⁵ *om.* 2; d. p. t. 3. — ²⁶ quadragesimam 1. — ²⁷ natalis
 domini *add.* 5. — ²⁸ eius 2. — ²⁹ indisciplinabili 1.

„ cibus et legum suarum decreta servantibus votiva³⁰ premiorum
 „ donativa largiretur, ego in contrarium ex mundana consuetudine
 „ devolvebar institutum. O miram, immo miserabilem³¹ et omnino
 „ preposteram insensibilitatis humane vecordiam! Cum enim in
 „ preparatione³² sancti Pasche vel Natalis Domini diutina carnis
 „ maceratione soliti simus emundari ut divinis conspectibus fiducia-
 „ liter in solempni sacrorum dierum revolutione, quibus nos celitus
 „ visitatos et liberatos agnovimus, tanquam honoris vasa represen-
 „ tari mereremur³³, supernorum ubertim³⁴ munerum benedictio-
 „ nibus refovendi, nos e contrario mox ut affuisset votive expecta-
 „ tionis tempus, ita noxiis et ludicris, vanis et voluptuosis studiis
 „ occupandos tradebamus, quasi premissam hoc³⁵ tantum fine subis-
 „ semus continentiam ut tunc avidi et inexpleriles perversitatum
 „ omnimodarum redderemur executores. Quo ex usu contigit ut
 „ michi quoque insultaret in extremis³⁶ intentor malorum, angelus
 „ sathane, qui et patri suo diabolo gratum de perditione mea detu-
 „ lisset obsequium, nisi domini mei sancti Nicholai pietas obstitisset.
 „ Grates illi semper referat pro ereptione mea fidelium suorum pia
 „ devotio, quia tam iuste dampnandum, tam severe cruciatum³⁷
 „ absolvit, tam pie, tam benigne refovit. De more siquidem, ut pre-
 „ libavi, Natalis Domini die, que vicinior exitus mei de corpore
 „ discrimen antecesserat, cum essem vivifica mense celestis partici-
 „ patione refectus, quod meminisse sine ingenti horrore non valeo,
 „ nimia potatione in ebrietatem traductus³⁸ sum non sine iniuria et
 „ dolenda inhonoratione tanti hospitis quem mentis habitaculo
 „ susceperam. In crastino ad ecclesiam ut moris michi fuit³⁹ ante
 „ lucem processi, quod pridie feceram⁴⁰ lugens et dampnans ac de
 „ cetero dampnare proponens⁴¹. At id⁴² frustra. Merito enim tanti
 „ excessus quem in tam sacra die post tanti perceptionem sacra-
 „ menti negligenter admiseram, impletur in me quod in populo
 „ quodam hostibus suis⁴³ resistere non valenti rex ipsorum evenisse
 „ deflet. „ Venerunt „, inquit⁴⁴, „ filii usque ad partum et vires
 „ non habet parturiens „. Sic, sic nimirum, virile sobrietatis proposi-
 „ tum quod mente conceperam, occasione potandi ingesta, instigante
 „ adversario et virtutis instancia destitutus, in facto non edidi, sed
 „ turpiter⁴⁵ sicut heri, sic et hodie vitio blandiente succubui. Quid
 „ multis immoror? Die postera quoque non ante a sobrietatis hostili
 „ infestatione⁴⁶ destiti⁴⁷ quam funditus ipsam⁴⁸ a sensuum meorum

— ³⁰ nociva 1. — ³¹ mirabilem 3. — ³² preparationem 2, 4. — — ³³ meremur 2. —
³⁴ om. 4. — ³⁵ om. 3. — ³⁶ i. e. insultaret 2, 3, 4. — ³⁷ cruciandum 4, 5. — ³⁸ tra-
 ductus 2. — ³⁹ f. m. 2; fuerat 3. — ⁴⁰ commiseram 4. — ⁴¹ et de cetero proponens ad
 id non reversurum *post corr.* 3. — ⁴² (a. i.) sed 3. — ⁴³ om. 3. — ⁴⁴ inquit 3. —
⁴⁵ om. *relicto spatio* 3. — ⁴⁶ insectatione 3. — ⁴⁷ de bibendo destiti 2. — ⁴⁸ ipsa 2.

„ inhabitatione bibendo profligavi. Itaque⁴⁹ nocte profunda de loco
 „ potationis lares proprios⁵⁰ propriumque cubile repetens, sicut
 „ eram vestitus, calceis etiam non solutis, modice dormivi. Nec mora
 „ expergescens⁵¹ surgere volebam⁵², dicens, quod verum credebam,
 „ quia iam pulsatum fuisset ad vocandum eos qui matutinas⁵³
 „ essent audituri. Sed prohibente thori socia, nec longe post tempus
 „ affore surgendi⁵⁴ astruente, lectulo iterum non⁵⁵ resurrecturus me
 „ restituo. In momento enim post hec, dormitio prius sompni et
 „ confestim etiam⁵⁶ mortis me pervasit. Qualiter vero⁵⁷ mortem
 „ michi senserim⁵⁸ obrepisse⁵⁹ non tacebo. Demon quidem⁶⁰, quem
 „ ad ebrietatis malignum desiderium incentorem habueram, reputans
 „ secum quod me omni remota contradictione ad tartarum pertra-
 „ heret⁶¹ si ita in tali articulo defungerer⁶², presumens etiam quia
 „ tunc ad⁶³ quaecumque⁶⁴ vellet in me potestatem haberet, quod
 „ eatenus illum⁶⁵ sequendo sibi⁶⁶ paruissem, verens autem quam
 „ maxime ne aliquando meritis domini et⁶⁷ patroni mei contra ipsum
 „ per vitam emendatiorem prevaluissem, si vivendi spacia largiora
 „ non defuissent, me ex⁶⁸ improvise, presumpta potestate abusus,
 „ crudeliter prefocavit. Sensi eum instar buffonis, os meum quod
 „ totiens male⁶⁹ patulum bibendo laxaveram ingressum, mox per
 „ gule fistulam ad cordis abdita proserpere. Extemplo inimici
 „ agnovi⁷⁰ presenciam, nec immemor tamen miserationum domini
 „ vel⁷¹ miseriarum mearum, fixo iam proposito⁷² Domino in mente⁷³
 „ vovi quod puram, fidelem et integram de omnibus peccatis
 „ meis facerem⁷⁴ confessionem et ebrietatis vitium omnimodis in
 „ eternum abdicarem. Ad hec fideiussorem michi fore⁷⁵ sanctum
 „ poscebam Nicholaum, ipsum etiam ut potui medullitus invocando.
 „ Verum ad huiusmodi⁷⁶ deliberationem momentaneum vix michi
 „ spatium indulgebatur. Malignus enim super cor meum⁷⁷ confestim
 „ decumbens, ipsumque brachiis nefandis undique complexus, horri-
 „ ficum etiam veneni ore hyante vomitum egerens⁷⁸, lateque diffun-
 „ dens, in ictu oculi sedibus⁷⁹ suis evulsum de corpore spiritum
 „ eiecit. Agebar itaque per loca tenebrosa incredibili spirituum mali-
 „ gnorum qui me trahebant furore, atrocissime multipliciterque
 „ verberatus⁸⁰, discerptus, confossus⁸¹, dilaniatus et perustus,

— ⁴⁹ iam iamque 2. — ⁵⁰ p. l. 2. — ⁵¹ expergefactus 2, 3, 4. — ⁵² s. v. ex. 3, —
⁵³ matutinos 2. — ⁵⁴ surgente 1. — ⁵⁵ om. 1. — ⁵⁶ om. 3; m. e. 2. — ⁵⁷ autem 2. —
⁵⁸ om. 1. — ⁵⁹ irrepsisse 3. — ⁶⁰ quidam 4. — ⁶¹ pertrahens 1. — ⁶² defungerem
 1, 3. — ⁶³ om. 2. — ⁶⁴ quaecumque 2. — ⁶⁵ illi 3. — ⁶⁶ me 3. — ⁶⁷ om. 3. — ⁶⁸ (me
 ex) om. relicto spatio 3. — ⁶⁹ malo 2, 3. — ⁷⁰ a. i. 3. — ⁷¹ et 2. — ⁷² in add. 2. —
⁷³ intende 3. — ⁷⁴ facere 1, 2. — ⁷⁵ om. 3. — ⁷⁶ huius 3. — ⁷⁷ confestim super cor
 meum 2; mihi 3. — ⁷⁸ (e. v. o. h. v. e.) horrificum et ore hiant venenum 3. —
⁷⁹ sordibus ante corr. 3. — ⁸⁰ verberantes 1, 3. — ⁸¹ om. 2; c. d. 3.

„ nescio quo loci pro libitu eorum ad cruciatus et mortem immortalem deputandus. Et ecce piissimus, quem corde invocaveram in extremis et semper in vita colueram licet peccator⁸², dominus et advocatus meus sanctus Nicholaus adveniens, me potenter de manibus eorum⁸³ eripuit et in hoc loco purgationis⁸⁴ constituit, ubi etsi dira perpressus sum⁸⁵ tormenta, pro nichilo ea duco⁸⁶, timore malignorum spirituum sublato, tyrannica et importabili sevitia eorum frustrata, qua in me debacchati sunt. Adhuc⁸⁷ autem etiam quietem et gaudium sempiternum per ipsum dominum meum quandoque percepturum⁸⁸ certissime confido. Quin etiam modo et semper ex quo hiis penis subactus fui⁸⁹, cum nimium⁹⁰ angebar et estuabam graviore supplicio, clementissima ipsius visitatione relevatus sum⁹¹. In artificio sane quo vitam meam meorumque transigebam in mundo, fraudes nonnunquam in rudi adhuc⁹² etate constitutus et metu egestatis seductus inferre presumpsi, hoc itaque nunc acerbissime luo⁹³ et pridem multo acerbius lui. Frequenter enim in cumulum⁹⁴ nummorum ardentium precipitatus intolerabiliter nimis exurebar; ipsos quoque igneos denarios ore hians vorare compulsus omnia viscera mea⁹⁵ michi ardere sensi. Hactenus etiam crebro illos numerare compellor et ex contrectatione⁹⁶ ipsa⁹⁷ manus et digitos pessumdatos habeo. Sitis incendio nimium acri viscerum michi itidem interiora cum gutture, corde et faucibus iugiter tabescunt. „ Hec et alia multa ab isto ita manifeste⁹⁸ audiui, sicut a nullo in corpore viventium possent⁹⁹ enumerari¹⁰⁰.

Cap. XXII. Documentum aurifabri contra mortem subitanam.

„ Quiddam vero inter cetera dixit¹ michi² quod lectorem celare non debeo³. Subita enim morte extinctos ibi innumerabiles conspexi, et fere omnes atrocitate immoderata vexabantur. De nonnullis autem id agnovi, quod positi in deliberatione peccandi, cum ventum esset ad perpetrationem cuiuscumque id esset reatus, et diceret quilibet eorum⁴ in corde suo⁵: „ en expleo⁶ quod multum optavi; „ trade-

— ⁸² licet peccator colueram 2, 3, 4. — ⁸³ illorum 2. — ⁸⁴ purgationis loco 2, 3, 4. — ⁸⁵ sim 4. — ⁸⁶ nichil duco 2; nichili 3. — ⁸⁷ ad hec 1; ad hanc quietem et etiam 3. — ⁸⁸ me add. 2, 4. — ⁸⁹ sum 2. — ⁹⁰ nimis 2, 3, 4. — ⁹¹ r. s. v. 2, 3. — ⁹² a. in r. 2. — ⁹³ a. n. l. 2. — ⁹⁴ cumulo 2, 4. — ⁹⁵ michi viscera 2. — ⁹⁶ eorum add. 2. — ⁹⁷ ipsas 2, 3. — ⁹⁸ manifesta 1. — ⁹⁹ possunt 3. — ¹⁰⁰ enuntiari 2; enarrari 4.

Cap. XXII. — ¹ ait 1. — ² mihi dixit 4, 5. — ³ q. l. c. n. d. dix. mi. 3. — ⁴ om. 2. — ⁵ (i. c. s.) om. 3. — ⁶ expleo ecce 2.

batur divino nutu in exterminium mortis, ac si divinitus audiret :
 „ Stulte, en repetitur anima tua a ⁷ te, ad quid cogitasti adversus
 „ Dominum immo contra te ipsum nequissima ⁸ „; qui tamen sicut
 de isto, eo ipso ⁹ exponente, cognovimus, in ipsa mortis amaritudine
 positi, culpas suas corrigere et deserere cupientes et proponentes si
 daretur eis locus penitencie, Dei et sanctorum eius auxilium et mise-
 ricordiam in celeritate exitus sui enixius ¹⁰ requisierunt. Quamobrem
 mors ipsa acerbissima ex miseratione omnipotentis Dei reputata est
 eis in expiationem ¹¹ non modicam commissorum, quam plenissime in
 penalibus postmodum locis consequebantur. Inquisivi igitur ab isto,
 de quo ¹² plura ¹³ iam diximus, si possibile esset ut homines quovis
 remedio muniti tale vitarent tamque horrendum cunctis exitium ¹⁴.
 Et ille ad hoc ¹⁵ : „ O, inquit, profecto si scissem cum eram ¹⁶ in ¹⁷
 seculo quod scio modo ¹⁸, totum mundum contra hoc munissem et
 instruxissem incommodum qualiter tutus et salvus foret ab ingruen-
 tia ¹⁹ eius ²⁰. Si enim cotidie superscriberentur in frontibus et circa
 locum cordis digito vel quolibet modo hec duo vocabula mysterium
 salutis humane continencia, scilicet IESUS NAZARENUS, fideles procul-
 dubio a periculo isto conservarentur ²¹ immunes; post mortem quo-
 que ²² effigies litterarum loca in quibus solebant depingi in viventibus
 decore clarissimo in eis ipsis insignirent. Scio preterea quia biduo
 post exanimationem corporis mei me insepultum observaverunt
 familiares mei ²³, sperantes recuperationem meam propter ruborem
 et calorem quem in facie et toto preferebam corpore, quod nimirum
 vini fecerat ²⁴ fervens replecio, nam meus de corpore tam velox
 egressus fuit ²⁵ ut, antequam vel ipsa coniux nostra adverteret meum
 incommodum vel ad sacerdotem evocandum ²⁶ mitteret, carnis exu-
 vias penitus reliquerim ²⁷. Hec ita de istis ²⁸ ab isto verissime cognovi.

**Cap. XXIII. Qualiter narraverit filius aurifabri
 de apparitione trina patris matri sue facta.**

„ Post quindecim vero dies ex quo ¹ ista vidi et audiui, venit ad me
 iuvenis quidam predicti aurificis filius et multis perfusus lacrimis
 asserebat sepredictum patrem suum matri sue in stratu suo psalmos

— ⁷ ex 2, 3, 4, 5. — ⁸ nequitiam 2. — ⁹ de ipso eo 3. — ¹⁰ anxius 1, 2, 4, 5. —
¹¹ expectationem ante corr. 3. — ¹² de quo om. 3. — ¹³ ut add. 3. — ¹⁴ supplicium
 1. — ¹⁵ Ad quod ille suspirans 2. — ¹⁶ essem 3. — ¹⁷ hoc add. 3. — ¹⁸ m. s. 4. —
¹⁹ incongruentia 1. — ²⁰ (qualiter ... eius) om. 5. — ²¹ conservarent 4, 5. — ²² ipsa-
 rum add. 2, 3. — ²³ o. f. m. m. i. 2. — ²⁴ effecerat 4, 5. — ²⁵ spiritus add. 2 non
 animadvertens EGRESSUS vocem substantivam esse; meus de corpore egressus tam
 velox fuit 4, 5. — ²⁶ om. 2. — ²⁷ reliqui 2. — ²⁸ hiis 2.

Cap. XXIII. — ¹ (ex quo) postquam 3.

vel orationes quas nosset ruminanti et Dominum deprecanti dum adhuc vigilaret, tribus continue noctibus apparuisse et precepisse ut ipsum filium suum ad nos mitteret scitura ex² nobis plenissime³ statum suum, quo cognito fiducialius et obnixius⁴ ad subveniendum sibi animaretur; ipsa etiam cum suis ad cautius vivendum eadem ipsa relatione nostra excitari utiliter valuisset. Testabatur cum vehementi iuratione idem adolescens se nocte tertia eiusdem apparitionis patris sui diutius audisse sermocinantem matrem suam⁵, nunc inquirerentem nunc respondentem, et retulit⁶ ipsa illius verba. Ipse vero colloquentis cum ea sermones non audivit, sed⁷ patienter sustinebat colloquia eorum, quia dixisset sibi mater quod bis a viro⁸ antea audisset. Ira enim plenus, ut ipsa fatebatur, improperebat ei se neglectum⁹ ab illa et posthabitum, que¹⁰ tantillum, per se ipsum admonita, pro ipso facere noluisse¹¹. Qua excusante se propter visionum incertas varietates et incertitudines¹² distulisse, ne forte ipsam delirare crederemus: "Mitte", ait ille "incuntanter quo iubeo, et expone illi¹³ quotiens pro hoc ipso apparui tibi¹⁴, dicetisque¹⁵ pro intersignis quia in afflictione magna fui cum postremo me vidit, et inter alia que a me audivit, exposui ei quantum michi auxiliatus est sanctus Nicholaus. Rogaverat autem me multis precibus quatenus ipsis, scilicet relictis sue¹⁶ et filio, instant¹⁷ persuaderem et ex parte illius studiosius precipere, ne famulatus obsequium quod ipse in vita sua et ipsi exemplo eius sancto consueverant deferre Nicholao, ulla occasione negligenter, sed magis ac magis tum¹⁸ vite sue correctioni¹⁹ tum permaxime advocati sui²⁰ instantissime venerationi de die in diem propensorem operam adhiberent. Verum²¹ de isto hec commemorare²² sufficiat²¹. Nunc alium quoque quem postremo vidi locum²³ miserorum miseriis nimium miserabilem breviter attingamus, et deinde aliqua ex hiis²⁴ que ab aliis etiam²⁵ audiui et circa ipsos vidi, ex parte vobis communicabo. Vir ille de quo prolixior iam²⁶ est superius²⁷ exacta²⁸ relatio, ante quindecim menses (1) quam ipsi sum locutus, de seculo emigravit, qui revera

— ² a 4, 5. — ³ om. 2. — ⁴ obnoxius 1, 2, 3. — ⁵ om. 2, 3, 4, 5. — ⁶ mihi add. 4, mihi, inquit 2. — ⁷ (n. a. s.) non audiens 2. — ⁸ suo add. 4, 5. — ⁹ n. s. 2, 3. — ¹⁰ post obitum quod 1, 2; que post obitum 4, 5. — ¹¹ voluisset 1; f. n. p. i. 2. — ¹² om. 3; varias add. 4. — ¹³ om. 2. — ¹⁴ om. 5. — ¹⁵ dicens quoque 3. — ¹⁶ et vidue add. 2; uxori add. 3. — ¹⁷ om. 2. — ¹⁸ cum 2, 4. — ¹⁹ correctionem 4. — ²⁰ Nicholai add. 3. — ²¹ (verum ., sufficiat) om. 4. — ²² commemorasse 2, 3. — ²³ loco 2. — ²⁴ (a. e. h.) om. 4, 5. — ²⁵ et 3. — ²⁶ om. 3. — ²⁷ s. i. p. e. 2. — ²⁸ facta 4, 5.

(1) Lectorem non latebit haec evenisse eodem ferme tempore, ante quindecim nimirum menses, quo novitius noster Edmundus religiosam vestem induit. Auri-faber ille, Edmundo olim amicus, habitavit quandam "villam", (id est oppidum, ville) a monasterio Eynshamensi haud procul distantem, eratque "Sancti Nicholai

meritis advocati sui in brevi explevit tormenta multa, ita ut vix quemquam viderim qui tantum in tempore tantillo²⁹ profecerit. Unde profecto liquet veracem esse illam sacre auctoritatis sententiam qua dicitur: " Non est ei³⁰ bene qui assiduus est in malis et elemosinam „ non danti. „ Danti enim elemosinam dicitur a pio retributore³¹: " Quod uni ex minimis meis fecisti, michi fecisti „, nec poterit de mercede non esse securus qui talem in benefactis³² obligavit³³ sibi. Hic autem³⁴ non quidem de minimis sed de precipuis et maximis Christi amicis uni³⁵ quod potuit fecit et expertus est illius quoque sentencie veritatem qua in physicis³⁶ quidam peritissimus et bonus animarum medicus virtutem huius antidoti de quo nunc agimus exprimit dicens: " Sicut aqua „ inquit³⁷, " extinguit ignem ita elemo- „ sina extinguit peccatum. „ Erit itaque aliquando bene danti elemosinas³⁸, et tanto etiam³⁹ citius et melius⁴⁰ erit ei, quanto libentius et devotius dederit, et per aliquem earum, ut sic dixerim, portitorem⁴¹ et in magni regis curia familiarem, illas⁴² Domino commendare⁴³ sategerit⁴⁴. Quod totum quam prudenter iste procuraverit ex premissis satis elucet. Unde licet verax sit et illa rursum⁴⁵ sententia que dicit⁴⁶: " Non redimuntur elemosinis peccata nisi que deseruntur „, iste tamen qui ita⁴⁷ assiduus erat in malis idcirco meruit redimi a peccatis, quia⁴⁸ sua oderat et ut potuit confitendo et alia que enumeravimus bona exequendo illa impugnabat. Quod et ipsum ut mereretur hinc forte concessum est ei, quia elemosinam, ut dictum est, tam provide quam devote iugiter exercebat. Quam verum sit autem⁴⁹ quod in malis⁵⁰ assiduo nec danti elemosinam non sit bonum, ex hiis que inferius promuntur⁵¹ satis ut estimo perpendi valet. De cetero autem non ignoramus quia perspicatior et futuris lectoribus gratior⁵² hec nostra⁵³ foret oratio, si vocabula personarum et loca in

— ²⁹ tanto 3. — ³⁰ ei est 2. — ³¹ a p. r. d. 2. — ³² (i. b.) om. 4, 5. — ³³ obligat 2. — ³⁴ uni add. 2. — ³⁵ (uni ... physicis) om. 3. — ³⁶ prophetis 2. — ³⁷ om. 2, 3. — ³⁸ elemosinam 2. — ³⁹ om. 3. — ⁴⁰ (et m.) om. 3. — ⁴¹ aliquam ... participationem 1. — ⁴² illam omnes; *legendum tamen videtur* illas. — ⁴³ commendari 1, 2; om. 3. — ⁴⁴ sategit 3. — ⁴⁵ rursus 3. — ⁴⁶ (verax ... dicit) verum sit quod dicitur 3. — ⁴⁷ om. 2. — ⁴⁸ peccata add. 2, 3, 4. — ⁴⁹ Quod autem verum sit 2. — ⁵⁰ (q. i. m.) quia et in malis 2, 3; in malo 1. — ⁵¹ (i. p.) sequuntur 4, 5. — ⁵² (p. e. f. l. g.) f. l. p. e. g. 2. — ⁵³ mea 3.

parochianus „. Iam vero Abendoniae (Abingdon), ubi sanctus Edmundus Richnatus et educatus fuit, ecclesia parochialis vetustior sancto Nicholao patrono dicata erat. " The chefe parоче church of Abyngdon of olde tyme was S^t Nicholas by the Abbey „. Ita Leland (c. 1510), antiquarum rerum disciplinae in Anglia pater. Videsis LELAND, *Itinerary*, vol. VII, p. 70; et cf. KINK, *Accounts of the Obedientiaries of Abingdon Abbey*, preface, p. xv; et *Catalogue of Ancient Deeds* (Public Record Office, London), vol. IV, A. 6194, p. 9.

quibus famosi deguissent, hii quorum fata reteximus, inserta videntur paginule⁵⁴. Verumtamen ne tristitiam vel scandalum paterentur infirmi, de quorum fortasse amicis vel necessariis haec pluraque⁵⁵ tam dura⁵⁶ quam recentia scriberentur⁵⁷, neminem designari ex nomine consilium fuit. Non solum autem, sed⁵⁸ et⁵⁹ importunitatem omnium excludimus⁶⁰ qui curiositatis instinctu inextricabilem⁶¹ nobis gignerent⁶² molestiam, dum de suis singuli nos caris consulturi confluerent, si a nobis hos visos agnovissent. Lateant ergo lectorem nomina et habitationis loca non modo eorum de quibus textitur hic sermo, sub Dei testimonio verissimus⁶³, sed lateat utinam relatoris nomen. Lateat et quo loci⁶⁴ idem degat, res ipse divulgatur, tacitis⁶⁵ nominibus ubique et locis cunctorum⁶⁶, nec sit qui se⁶⁷ abscondat a cognitione earum, ut hinc discatur fervencius, impleatur perfectius⁶⁸ lex Domini⁶⁹ immaculata⁷⁰ convertens animas⁷¹, scientibus cunctis et hec⁷² quoque per exempla plenius certificatis, quia factores vel⁷³ neglectores⁷⁴ illius retributio manet revera⁷⁵, sive hos in bono, sive illos in malo, multa nimis.

Cap. XXIV. De tertio loco tormentorum.

„ Sed iam que restant de tertio¹ quem inspeximus loco, qui super omnia que mente concipi possunt exitialis erat², ut possumus, exprimamus. Nam prout magnitudo ipsius mali quod ibi est postuleret, nemo, vere fateor, exprimere vel extrema supplicia quorum ibi immensitas innumerabilis sevit quantolibet³ fretus ingenio sufficeret. Huius inexplicabilem loci horrorem eo quodammodo alacrior videre potui, quo eum quem⁴ semper amando et colendo speciali voto ambieram et desideraveram, iam novi⁵ ex nomine ductorem esse meum. Quanto enim in venerando michi extiterat familiarior, tanto illius adeptus consortium⁶ undique efficiebar securior. Et ante⁷ quidem letum me et impavidum ubique servavit eius⁸ societas, sed

— ⁵⁴ inserta (*post corr.*) viderentur paginule 3; viderentur impressa pagiuncule 2; videntur paginule 1; huic inserentur pagine 4; huic insererentur pagine 5. — ⁵⁵ pleraque 2. — ⁵⁶ dira 3. — ⁵⁷ scriberentur 2, 6. — ⁵⁸ om. 2. — ⁵⁹ om. 3. — ⁶⁰ (Non ... excludimus) Preter hec importunitatem eorum a nobis excludimus 4, 5. — ⁶¹ magnam 4. — ⁶² g. n. 3. — ⁶³ verax *in marg.* 3. — ⁶⁴ loco 3. — ⁶⁵ om. 3. — ⁶⁶ suppressis *add.* 3. — ⁶⁷ om. 1. — ⁶⁸ ab universis *add.* 3. — ⁶⁹ Dei 2. — ⁷⁰ om. 2. — ⁷¹ ab universis, scilicet *add.* 2. — ⁷² om. 3. — ⁷³ sive 3. — ⁷⁴ fortiores vel negligentiores 2. — ⁷⁵ om. 2.

Cap. XXIV. — ¹ quoque *add.* 2, 3. — ² est 4. — ³ quamlibet 3. — ⁴ om. 1. — ⁵ non 1. — ⁶ consilium 3. — ⁷ tantum 1. — ⁸ (u. s. e.) illius ubique servavit 2; ubique eius servavit 3.

et⁹ ad immaniora intuenda¹⁰ supplicia que nunc quoque illis¹¹ absens animo recordari absque immensi horroris concussione non possum, geminata ex agnitione eius¹² fiducia, usquequaque sum factus constantior. Relinquentes igitur iam dictam vere lacrimarum vallem quam secundo adivimus¹³ loco, pervenimus ad campum maximum, in demerso¹⁴ quodam¹⁵ terre ut videbatur gremio situm et ab universorum, preter eorum qui ibi tortores vel torti videbantur¹⁶, accessu sequestratum. Tegebat autem superiora illius campi chaos quoddam horrificum, quo permixtim¹⁷ rotabantur¹⁸ fumus sulfureus, nebula fetoris immensi, flamma etiam, picea nigredine permixta, que montium¹⁹ instar hinc inde emergens confuse per inane spangebatur²⁰. Planities eiusdem loci ita²¹ multitudine vermium constrata scatebat, ut iunco aree domorum solent operiri. Et hii super omnem estimationem horridi, monstruosi et deformes, terribili oris²² rictu et naribus ignem spirantes²³ execrabilem, turmas miserorum voracitate inexplebili lacerabant, quos iam iam absumptos demones ubique discursantes insanientium more in miseros sevientes, nunc eosdem frustatim ignigeris²⁴ per membra singula truncabant ferramentis, nunc omnem carnem funditus ad ossa abradebant, nunc igni iniectos ut solent metalla liquefaciebant eos et in modum ignis ardentis²⁵ reddebant. Parum est, Deum testor, immo tanquam²⁶ nichil est, quicquid dicere nitimur presertim de penis illius loci²⁷. Ut Deus scit, in brevissimo temporis spatio centum vel eo amplius penarum diversitatibus omnimodis annullatos et mox restauratos, iterumque in nichilum pene redactos et denuo redintegratos eos intuebar, quos eo loci²⁸ vita perditam cruciari cogebat; et harum vicissitudinum nullus erat finis, non aliqua²⁹ meta nec terminus ullus. Ignis illius tam edax fuit incendium, ut quasi teporem³⁰ crederes³¹ in comparatione illius quicquid fervere vel exurere solet. Vermes autem dirupti et mortui ac per frusta³² comminuti sub infelicibus in congeriem glomerabantur³³. Hii tabe putredinis et fetore tam execranda tabis adeo universa replebant, ut feculentia illa omnem predictarum penarum excederet cruciatum. Restat vero³⁴ adhuc quod hiis omnibus magis exosum et grave pariter³⁵ atque verecundum illius loci tolerare cgebantur dampnatici³⁶.

—⁹ om. 3. —¹⁰ tuenda 2. —¹¹ om. 4. —¹² e. a. 3. —¹³ audivimus 2. —¹⁴ demerso 2, 4, W. P.; dimerso 3; demisso 1. —¹⁵ quodammodo 3. —¹⁶ visebantur 2. —¹⁷ permixti W. P.; permixtum 1. —¹⁸ rotabatur 2. —¹⁹ vomitum (*sic*) 2. —²⁰ spangebantur 3. —²¹ a *add.* 3. —²² (t. o.) terribiliores 3. —²³ om. 2. —²⁴ igniferis 2. —²⁵ ardentes 4. —²⁶ quasi 3. —²⁷ l. i. 3. —²⁸ illo loco 4. —²⁹ (n. a.) nulla 4. —³⁰ tepere 2, W. P. —³¹ crederem 2. —³² frustra *ante corr.* 3. —³³ glomerantur 2. —³⁴ om. 4, W. P. —³⁵ om. 2. —³⁶ dampnatum 1.

Cap. XXV. De vitio sodomitico.

„ Omnes enim qui ibi puniebantur, sceleris quod nec nominari decet non modo¹ a christiano sed nec a quolibet etiam² ethnico vel pagano, in seculo fuerant patratores. Hos igitur monstra quedam ingentia, igneam qualitatem prefeferentia³, visu autem super omnia que cogitari valent terribiliter horrenda⁴ et horrende⁵ terribilia, iugiter impetebant, et quantumlibet⁶ renitentes ac refugientes⁷ sibi abusionis genere damnabili permisceri cogebant. Horreo referens et sceleris obscenitate dum loquor in memetipso⁸ supra modum confundor. Ita vero nefandos inter complexus pre dolore nimio palpitabant, rugiebant et ululabant; et deinde velud exanimati et in mortem deficientes collabebantur innovatis⁹ mox cruciatibus excipiendi. Inauditum sane et prorsus insuspicabile michi eatenus fuerat minorem sexum talibus immunditiis aliquatenus esse¹⁰ depravatum. Neque enim que apostolus de talibus commemorat satis adverteram, ubi sexus utriusque innaturalem prostitutionem condempnat, et si casu¹¹ perpendissem¹² tantam¹³ impudentiam temporibus christianis a sexu naturaliter pudibundo potuisse presumi nullatenus credidissem. At, proh dolor, talium caterva tam innumerabilis, quam¹⁴ miserrime miserabilis, ibidem reperiebatur. Personas eo loco multorum nec agnovi nec inspexi diligentius, quia obscenitatis enormitas et tormentorum ac fetoris immanitas nimium michi ingerebant¹⁵ tedium simul et horrorem. Molestum michi fuit supra quam dici possit vel ad breve momentum ibi consistere, vel que ibi erant intueri. Fetorem tamen, sicut nec aliarum lesionem penarum¹⁶, per experientiam non sensi, nec enim si sensissem ulterius vivere¹⁷ potuissem¹⁸, ut videbatur michi¹⁹; immo intellectualiter in mente horum omnium intolerabilem magnitudinem satis perpendi. Miseri vero illi hec universa et alia infinita que nullus enarrare sufficeret sensibilibus experiebantur. Denique inter lamentabiles querimoniarum fletus dum clamaret unusquisque eorum: „ Ve! Ve! quare²⁰ peccavi²¹? quare penitendo „ peccata non correxi? „ etiam suppliciorum dolores memorabant et resultabat hinc clamor²² flentium et plangentium nimia vociferatione; ut putares hunc in toto mundo audiri.

Cap. XXV. — ¹ (n. n. d. n. m.) non nominari decet modo 3. — ² n. e. a. q. 1. — ³ preferentia 2, W. P. — ⁴ horrida 2, 3, W. P. — ⁵ horride 3. — ⁶ quamlibet 3, W. P. — ⁷ fugientes 2. — ⁸ ipsum 3. — ⁹ innovandis 4; om. 3. — ¹⁰ e. a. 3. — ¹¹ causam 1; casti 2; „ the cawse „ V. A. — ¹² sed add. 1, 3. — ¹³ tamen add. 4. — ¹⁴ tam 1. — ¹⁵ ingerebat 2, W. P. — ¹⁶ p. l. 2. — ¹⁷ v. u. 2. — ¹⁸ possem 1. — ¹⁹ m. v. 2, 3. — ²⁰ quia 2. — ²¹ quare non penitui add. 2. — ²² resultabant clamore 2; r. clamor hic 1.

Cap. XXVI. De quodam legista sodomitico.

„ Itaque licet quantum potui que ibi fiebant¹ refugerem intueri, unius tamen clerici quem olim videram non potui effugere mutuum agnitionem. Hic autem suo tempore eorum quos legistas vel decretistas vocant peritissimus habebatur. Earum etiam² facultatum³ auditores in scholis quam plurimos instituerat, et subinde magnatum familiarem notitiam sibi conciliarat. Hinc⁴ redditibus ecclesiarum ampliatus, cum affluentibus in diem opibus magis magisque inhiaret, nutu Dei, qui omnes cupit⁵ ab errore ad penitentiam converti, incidit in languorem quo per novem circiter⁶ menses vexatus est⁷. Hoc vero pia Salvatoris dispensatione agebatur, ut vel percussione doloris⁸ commonefactus⁹ corrigere satageret, que blandiente incolumitate corporis exitialiter deliquisset¹⁰. Ille contra¹¹ de sospitate duntaxat temporali quam nimium diligebat sollicitus erat, quam¹² et consequiturum se inaniter¹³ presumebat. Unde nec miserendo¹⁴ anime sue, ut¹⁵ sapientia precipit, quod et¹⁶ primum et precipuum est genus elemosine¹⁷, confiteri peccata studuit, nec pauperibus compatiendo, vel¹⁸ sanctis Dei obsequia munerum humiliter offerendo, pro eorum¹⁹ redemptione elemosinas de rebus saltem²⁰ exterioribus et caducis erogare quoad vixit curavit. Videns itaque celestis medicus quia nichil proficeret in eo cura pietatis adhibita, dum non egrederetur de²¹ vasculo corrupte²² carnis²³ nimia rubigo neque per afflictionum²⁴ ignem²⁵, misericorditer mala, que in vivente emendari nequibant, finire vel in moriente disposuit. Quid enim clementius cum hiis valet actitari qui secundum duritiam et cor impenitens de die in diem thesaurizant²⁶ sibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii Dei, quam ut citius auferatur eis mundi dies in quo mali huius²⁷ thesauri cumulus in perniciem²⁸ accrescit possessoris, et in noctem mortis²⁹ recipiantur³⁰ qua³¹ nemo potest thesaurizare quia nec³² operari. Quid salubrius hiis fieret³³ qui stricto per insaniam mucrone ictum³⁴ sibi inferre propriis vulneribus incipiunt³⁵, quam ut ligentur sublati³⁶ quibus abutebantur armis et parcere vel ligati compellantur qui male

Cap. XXVI. — ¹ fuerant 2. — ² autem 3. — ³ facultate 2. — ⁴ hic 2. — ⁵ percepit 2. — ⁶ om. 2. — ⁷ vixit 2. — ⁸ percussione dolore 3. — ⁹ commoveretur et 2. — ¹⁰ deliquerat 4. — ¹¹ e contra 4. — ¹² om. 2. — ¹³ sanitatem add. 2. — ¹⁴ misendo (sic) 1. — ¹⁵ quod 3. — ¹⁶ om. 2, 4. — ¹⁷ elemosinale 2. — ¹⁸ nec 3. — ¹⁹ peccatorum add. 3. — ²⁰ salutem 3; salutem de rebus 2. — ²¹ om. 2. — ²² rupte 3. — ²³ eius add. 2, 3. — ²⁴ afflictionis 3. — ²⁵ ignis 2. — ²⁶ thesaurizabant 3. — ²⁷ om. 2. — ²⁸ impenitentie 1, 3, 4. — ²⁹ mortem noctis 3. — ³⁰ recipiatur 1, 3. — ³¹ quia ante corr. 2. — ³² non 3. — ³³ his fiet 3. — ³⁴ letum 2. — ³⁵ cupiunt 4. — ³⁶ ablatis 2.

soluti³⁷ parcere sibi³⁸ nescierunt³⁹. Clericum hunc olim⁴⁰ in pueritia michi notum post autem a provincia qua⁴¹ degebam remotius separatum obiisse nescivi. Quamobrem talibus eum in penis reperiens duplici admiratione intuebar⁴², quia et vivum adhuc et semper eum honestum putaveram virum⁴³. Nimium autem miserans calamitatis pondus infinitum quo premebatur⁴⁴, inquirebam utrum misericordiam se aliquando consecuturum speraret. Qui respondens "Ve! ", inquit, "ve! ve! scio, scio⁴⁵ quia citra diem iudicii misericordiam omnimodam non merebor; an autem vel tunc incertum habeo (1). Semper enim ex quo in hec mala devolutus sum, deterioratur⁴⁶ pena mea de pessimis⁴⁷ ad peiora me trahens. ", Cui ego: "et quare vel⁴⁸ in extremis non es confessus peccata tua, nec egisti penitentiam? ". Et⁴⁹ ille: "Quia spem ", inquit⁵⁰, "habebam recuperandi sanitatem, et fallente diabolo erubui tam turpe facinus confiteri, ne despectior inter eos haberer in quibus male splendidus apparebam et gloriosus. Levia enim⁵¹ queque⁵² peccata confessus sum venerabili presbitero⁵³ quem et⁵⁴ tu nosti, et interroganti an aliorum michi conscius essem peccatorum, precepi ut tunc quidem⁵⁵ abiret, et⁵⁶ iterum si quid occurrisset memorie sibi intimarem. Quo recedente iam et vix⁵⁷ usque ad capellam que vicina est domui⁵⁸ in qua decumbebam progresso, mori incipiebam. Ille a ministris reaccersitus, iam me invenit hominem exuisse. Nichil autem de mille penarum generibus quas omni die perfero sic me excruciat quomodo infausta erroris mei quo tenebar in seculo representatio⁵⁹, qua cogor actualiter turpitudini antike passionis deservire; preter supplicii enim indicibilem vehemenciam, confusione⁶⁰ intolerabilius premor, cum in conspectu omnium de

— ³⁷ saluti 3. — ³⁸ s. p. 2. — ³⁹ nescierunt 2. — ⁴⁰ om. 3. — ⁴¹ quo 1. — ⁴² tenebar 2, 3, 4. — ⁴³ virum esse putaveram 2. — ⁴⁴ puniebatur 3. — ⁴⁵ socio, socio (sic) 1. — ⁴⁶ deteratur 1. — ⁴⁷ d. p. om. 2. — ⁴⁸ om. 2. — ⁴⁹ cui 2; tunc 3. — ⁵⁰ q. i. s. 3. — ⁵¹ tantum W. P. — ⁵² queque 2, 3, W. P.; quidem 2, 4. — ⁵³ p. v. 2. — ⁵⁴ om. 3. — ⁵⁵ om. 2. — ⁵⁶ ut W. P. — ⁵⁷ om. 2. — ⁵⁸ vicinam capellam domui 2. — ⁵⁹ repetitio post corr. 3. — ⁶⁰ vehementius et add. 2.

(1) Haec verba inter cetera recitat Dionysius Carthusiensis ferme integra in suo tractatu *De Quatuor Novissimis*, Art. XLVII: "Cui (scil. decretistae) vehementer condolens, interrogavi eundem an speraret se aliquando misericordiam consecuturum. Qui respondit: Vae, vae, vae, scio quod ante diem iudicii veniam non obtinebo; an autem tunc incertum habeo. Nam poena mea quotidie augmentatur, et de mille generibus tormentorum que quotidie sustineo, nihil me ita excruciat sicut infelix representatio sodomitici criminis mei quo in presentia omnium hic existentium illud complelor. Propter hunc et alios eiusmodi locos ex decreto S. Congregationis Indicis prohibitum est ne hic Dionysii libellus lingua vulgariaderetur.

„ tali et tanto flagitio execrabilis fio. Ve! Ve! quis unquam crederet „ gloriam et favorem, quibus conspicui inter homines habebamur, „ tanta contemptibilitate et ignobilitate⁶¹ perimitandos. Unde et⁶² „ permaxime confundor, quia fedus⁶³ cunctis intuentibus ostendor, „ qui omnibus apparebam gloriosus. „ Hec ille cum nimia eiulatione profatus est. In momento autem dum miseriam tanti quondam viri in magno animi stupore admiror, innumeris eum modis vidi⁶⁴ excruciar, et ipsis cruciatibus velud in nichilum redigi et instar plumbi in liquidum quid⁶⁵ per vim caloris dissolvi. Senem etiam qui astabat sciscitatus sum an possent aliquo genere remediari tanta hominis tormenta. Ille vero ad hoc: „ Cum venerit „, inquit⁶⁶, „ extremi dies „ iudicii, tunc Christi voluntas fiet. Ipse solus novit corda omnium et „ tunc quod novit iustum⁶⁷ omnibus retribuet. „ Nichil itaque certum⁶⁸ de liberatione istius⁶⁹ potui agnoscere. Ex hiis igitur⁷⁰, ut prefati sumus, sufficienter licet perpendi quod superius de sacro eloquio tetigi „ quia non sit ei bene qui assiduus est in „ malis⁷¹ et elemosinam non danti. „ Vidi enim quam maxime⁷² per elemosinarum largitionem et⁷³ per opera misericordie, que Dominus in evangelio memorat⁷⁴ et commendat, omnes adiuvari et refrigerari⁷⁵ in aliis penarum locis qui ea exhibuissent in vita sua. Iste vero aliquando doctus et sapiens⁷⁶, et se reputans sapientem et confidens in hoc, alteriusque patrocinium quibusque in⁷⁷ operibus bonis implorare detrectans contra peccata quibus in perditionem urgebatur⁷⁸, ecce quam stultus, quam vecors factus est! Quare⁷⁹, pro dolor, finem accepit furori et dementie sue equa satis proportionem consimilem, iam vero⁸⁰ sciens maledictum hominem esse⁸¹ qui confidit in homine; quod utique facit qui confidit in se. Ecce quod et⁸² nunc de isto et⁸³ de illo paulo ante aurifice expositum est etiam illius loci sententiam confirmat, que in Sapientie libro huiusmodi⁸⁴ habetur: „ Exiguo „, ait, „ conceditur misericordia, „ potentes vero⁸⁵ tormenta potenter patientur⁸⁶ „. Ille enim, etsi peccator tamen exiguus fuit in oculis suis, neque de sapientia sua, neque de virtute sua presumebat, sed infirmum se et imprudentem⁸⁷ propter peccata sua, et non⁸⁸ peccandi impotentiam reputabat; quare magni, fortis, sapientis⁸⁹ advocati suffragium quibus potuit elemosinarum donis ambiebat. Unde et concessam percepit miseri-

— ⁶¹ ignominia 2, 4. — ⁶² om. 3, 4. — ⁶³ fetidus 3. — ⁶⁴ v. m. 2. — ⁶⁵ quasi 2. — ⁶⁶ inquiens 1, 2. — ⁶⁷ quod iustum viderit W. P.; iuste 1. — ⁶⁸ certa 2; om. 3. — ⁶⁹ huius 2. — ⁷⁰ ergo 2. — ⁷¹ malo 1. — ⁷² permaxime 3. — ⁷³ id est, 2, 3. — ⁷⁴ commemorat 3. — ⁷⁵ refragari 2. — ⁷⁶ dictus sapiens 2, 3. — ⁷⁷ om. 2, 3. — ⁷⁸ agebatur 3. — ⁷⁹ ergo add. 2. — ⁸⁰ vere 2, 3. — ⁸¹ e. h. 2. — ⁸² om. 2, 3. — ⁸³ tunc add. 2. — ⁸⁴ (l. h.) huius libro 2. — ⁸⁵ om. 2. — ⁸⁶ patiuntur 2. — ⁸⁷ (i. s. e. i.) imprud. se et infirm. 3. — ⁸⁸ om. 3. — ⁸⁹ s. f. 3.

cordiam. E diverso quasi ex adipe, hinc⁹⁰ honoris et opum, illinc scientie et⁹¹ presumptionis, de hiis omnibus egressa est iniquitas illius⁹², et quia⁹³ exceptum se putabat a labore hominum, en quam sevo exemplo cum hominibus non flagellatur⁹⁴? Quod enim de iniquitate legitur Sodome in propheta⁹⁵, adhuc in filiis suis viget qui per⁹⁶ superbiam et abundantiam in reprobum sensum traducti⁹⁷, faciunt que non conveniunt, contumeliis afficientes corpora sua in semetipsis. Quos non homines probabili satis ratione dixerim; et duplici ex causa, quia⁹⁸ scelus quod operantur a natura eos humana in bestialem, immo demoniacam degenerare.⁹⁹ ostendit insaniam, et semel admissi erroris pertinacia¹⁰⁰ mentem funditus eos rationalem¹⁰¹ convincit exuisse; cuius proprium fore debet quod fecerint¹⁰² inconsultius, utilius retractando corrigere. Linguam preterea istius assidua vidi conflagratione in modum facule ardentis¹⁰³ de ore ipsius prominentem¹⁰⁴ exuri. Constat vero hoc illum propterea¹⁰⁵ sustinere quia iusticiam sepius, ut puta homo potens in sermone, munerum et¹⁰⁶ personarum acceptione perverterit¹⁰⁷. Non enim admodum otiosa loquebatur, vir gravis¹⁰⁸ quantum ad verba et serius¹⁰⁹; sed, quod deterius est¹¹⁰, in verbis eo magis nocivis, quo iusticie et veritati contrariis et insontes ledentibus excesserat. Nec mirum si pro huiuscemodi¹¹¹ lingue excessibus huiusmodi¹¹² perferebat lingue cruciatus, cum de divite in evangelio legatur quod propter otiosa que inter epulandum garriebat eius¹¹³ lingua cruciabatur in flamma. Venit autem cito post hec¹¹⁴ ad nos¹¹⁵ sacerdos venerabilis, cui levita tantisper confessum se dixerat¹¹⁶ delicta sua, et inter cetera, cum audisset a nobis qualiter abire eum iusserit, et mox illo abeunte expiraverit, ut iam dictum est, in fletum amarissimum prorupit, Deum testans quia hec verissima esse¹¹⁷ certissime sciret¹¹⁸. Hinc remota ambiguitate constare sibi, quod¹¹⁹ hec ab illo¹²⁰ perceperim qui solus preter se¹²¹ ista cognoverit. Hunc igitur¹²² solum in illa multitudine infelicium agnovi, et hec dixit michi.

Citius vero tunc¹²³ descendentes pervenimus ad regionem feliciter conquiescentium¹²⁴, in qua multos¹²⁵ a nobis cognitos¹²⁶ in multa exultatione positos invenimus. Verum de loci illius amenitate et ibi

— ⁹⁰ om. 2. — ⁹¹ et hinc 1; hinc et 3. — ⁹² istius 2. — ⁹³ quasi 3. — ⁹⁴ flagellatum 2; flagellabatur 1. — ⁹⁵ prophetia. 1. — ⁹⁶ om. 1. — ⁹⁷ traditi 4. — ⁹⁸ et add. 2, 3. — ⁹⁹ generare 1; eos add. 2. — ¹⁰⁰ insania 2. — ¹⁰¹ rationabilem 2. — ¹⁰² fecerit 1, 3. — ¹⁰³ om. 3. — ¹⁰⁴ preminentem 2. — ¹⁰⁵ preterea 2. — ¹⁰⁶ vel 2. — ¹⁰⁷ pervertit 3. — ¹⁰⁸ ubi gravis vir 2. — ¹⁰⁹ serius 1. — ¹¹⁰ frequentius add. 2. — ¹¹¹ huius 2; huiusce 3. — ¹¹² huiuscemodi 1, 3. — ¹¹³ (que - eius) relicto spatio om. 3. — ¹¹⁴ p. h. om. 2. — ¹¹⁵ (a. n.) om. 3. — ¹¹⁶ dixit 2. — ¹¹⁷ essent 2. — ¹¹⁸ om. 2. — ¹¹⁹ quia 2. — ¹²⁰ alio 2. — ¹²¹ eum post corr. 3. — ¹²² vero 2. — ¹²³ inde 2, 3. — ¹²⁴ quiescentium 2, 3, 4. — ¹²⁵ ante add. 2. — ¹²⁶ agnitos 3.

consistentium mira iocunditate¹²⁷, vel etiam de meritis eorum aliqua que nobis comperta sunt, ut Dominus dederit, postmodum disse-remus. Nunc ad ea, que omisimus de penis et meritis quorundam quos pridem¹²⁸ in seculo videram¹²⁹ et in locis superius memoratis cruciatibus addictos¹³⁰ inveneram¹³¹, stili cursum reflectamus¹³².

Cap. XXVII. De hiis quos in primo loco tormentorum monachus viderat cruciari.

Rector igitur¹ religiose cuiusdam congregationis² quem bene nove-ram, anno presenti regimen animarum, quod diutius in sui ipsius et gregis sibi commissi grave tenuerat dispendium, mortis beneficio tandem absolutus deposuit. De cuius moribus in utramlibet etiam³ partem se habentibus multa, que non inutiliter⁴ scriberentur⁵ ad cautelam legentium, novi, pro quibus et pene et itidem cuiuscumque solatii vicissitudinem percepisse visus est. Sed tedio lectoris consu-lens, plura⁶, que circa hunc vel alios quosque vidi et⁷ audiui⁸, silentio preterire decrevi. Hunc igitur⁹ in penis ad quas primo venimus loco, inter primos quos vidimus¹⁰, agnovi. Erat vero in tor-mentis maximis et nunc in igne nunc in balneis fedis sulfure mixtim et pice¹¹ ferventibus gravissima perferebat supplicia. Vultu exsanguis nimiumque deformatus aspectu erat. Qui statim me ut¹² vidit blando satis et supplicii¹³ affatu compellari cepit ac salutare, quem et ego compatientissimo affectu resalutavi, et multa ei sum locutus, et ipse michi. Querebam enim an propter delicta iuventutis sue talia ac tanta pateretur, quando forsan negligentius ordinis sacri quem in infantia susceperat observasset instituta. Ille contra¹⁴: “Dura,” inquit, “valde et nimis amara perpetior¹⁵ nec tam pro excessibus
” quos in propria persona commisi¹⁶ torqueor, licet in multis
” offendimus¹⁷, quam pro peccatis et nequitiiis¹⁸ michi¹⁹ pridem²⁰
” subditorum. Nam mea utcumque ferrem peccata et hiis debitas
” equanimiter sustinerem penas. Hec enim confessione crebra²¹,
” disciplinarum perceptione assidua, orationibus frequentissimis et
” aliis pluribus modis redimere et castigare consueveram. Ex hiis

— 127 claritate 2. — 128 om. 4. — 129 videramus 2. — 130 additos 2. — 131 invenera-mus 2. — 132 referimus 3.

Cap. XXVII. — ¹ om. 2. — ² cuiusdam ecclesie religiose congregationis 2. — ³ om. 2, 3. — ⁴ (n. i.) utiliter 2. — ⁵ scriberentur 3. — ⁶ ex his add. 2. — ⁷ vel 2. — ⁸ et aud. et vidi 3. — ⁹ quoque 2. — ¹⁰ vidi 3. — ¹¹ e. p. m. 2, 4. — ¹² ut me 3. — ¹³ voce et add. 2. — ¹⁴ e contra 2. — ¹⁵ perpetior 3. — ¹⁶ admisi persona 2; persona admisi 3. — ¹⁷ offenderim 2, 4. — ¹⁸ negligentiiis 3. — ¹⁹ om. 2. — ²⁰ olim 2. — ²¹ crebra confessione 2, 4.

„ tamen gravius premunt me²² amor parentum et carnaliter²³ pro-
 „ pinquorum, quorum aliis ecclesiastica²⁴, cum minus digni essent,
 „ acquisivi beneficia²⁵, et omnibus illis²⁶ de bonis ecclesie quam
 „ regebam indiscrete contuli, qui mei curam in hac modo²⁷ necessi-
 „ tate mea omnino postponunt. Amor vero excellentie et honoris ac
 „ favoris humani²⁸, tum sui²⁹ ipsius vitio, tum aliorum occasione
 „ malorum, que illius michi causa merito imputantur, principaliter
 „ nocuit, et heu dolori meo sicut modum sic et terminum, ni Deus
 „ misereatur³⁰, funditus ademit. Cupido enim retinendi honoris
 „ avida³¹ et amittendi timida³² ita excecaverat³³ oculos cordis mei,
 „ ut discipline habenas subiectorum voluntati omnino laxarem³⁴,
 „ permittens eos velud clausis oculis voluptatibus suis et desideriis,
 „ ne forte illos acquirerem prelationis mee insidiatores, si suis levita-
 „ tibus meum experirentur rigorem oppositum. De cetero nec³⁵
 „ ipse bonos et ordinem ferventi amore zelantes, in bonum opitu-
 „ lando vel saltem favendo aliquatenus in religionis conservatione
 „ iuvi, sed quia nimis preposterum fuit hiis una cum emulis eorum
 „ clam derogare, ut³⁶ professionis facerem³⁷ transgressores, multo
 „ amplius dampnabiliter fovere solebam³⁸. Quod totum partim levi-
 „ tatis³⁹ proprie instinctu partim obtentu tuendi primatus mei
 „ faciebam. Nam ludicra et inania queque facere et proferre, ac
 „ inter seculares otiose pervagari⁴⁰ satis licebat eis⁴¹, sat etiam
 „ licebat et michi. Qua crudeli lenitate et gravi levitate mea abu-
 „ tentes quidam eorum execranda et nefanda perplurima⁴² presump-
 „ serunt attemptare. Hinc autem desperabiliter torqueor, quia licet
 „ non ex⁴³ animo approbante, me tamen sciente et ex inani ut dixi
 „ formidine dissimulante, in presumptione et abusionibus suis non-
 „ nulli ex ipsis de pessimis⁴⁴ in deteriora⁴⁵ vergentes permanserunt.
 „ Alii in malis suis usque ad mortem persistentes, me adhuc super-
 „ stite in mundo, eternaliter perierunt. Alii nunc usque in mortuis
 „ operibus deterius viventes continuis enormitatibus et sibi inextin-
 „ guibiles et michi pariter, ut vereor, succendunt ardores. Denique

— ²² me premunt 2, 3, 4. — ²³ carnalium 2. — ²⁴ beneficia add. 2. — ²⁵ om. 2. —
²⁶ multa add. 2, 3. — ²⁷ om. 2. — ²⁸ habitu 2. — ²⁹ suo 2, 3. — ³⁰ (n. D. m.) Domi-
 nus miserator 2. — ³¹ avidi 2. — ³² (e. a. t.) om. 3. — ³³ excecaverunt 1, 3. —
³⁴ relaxarem 2. — ³⁵ non 3. — ³⁶ et 1, 3. — ³⁷ facere 1, 3. — ³⁸ Cum his lectio-
 nibus non bene concordat versio anglica, quae ita habet: " Furthermore they that
 were gode relygyous men and had zeale and love to kepe the ordyr, I nothing
 helpyd or faveryd in conservacyon of the relygyon, but full inordynatly and con-
 trary to vertue I wolde, with other that loved hem not, speke evyl of hem and
 detracte hem and cherysshe other that were ful evyl disposyd and brekerys of her
 holy professyon and order. — ³⁹ lenitatis (?) 1; lightnes (= levitatis) V. A. —
⁴⁰ solebam add. 2. — ⁴¹ ipsi 2, 3. — ⁴² plurima 3. — ⁴³ om. 2. — ⁴⁴ (d. p.) om. 2. —
⁴⁵ peiora 4.

„ ab hora exitus mei de corpore indicibilibus fui⁴⁶ addictus suppli-
 „ ciis et tamen⁴⁷ levissima michi⁴⁸ visa sunt que tunc pertuli,
 „ comparatione malorum in quibus modo sum, eratque michi dies
 „ prima omnibus deinceps diebus remissior, dum ex omnibus, que illi
 „ post excessum⁴⁹ meum ex consuetudine prava committunt, quam
 „ per meam videntur contraxisse incuriam, augentur pene⁵⁰ cru-
 „ ciatus mei. Et quia aliquos super⁵¹ cetera mala ipsorum in crimen⁵²
 „ singulariter odibile⁵³ Deo et⁵⁴ hominibus detestabile⁵⁵, quod nec
 „ nominare licet⁵⁶, sive iam defunctos, sive dampnabiliter in carne
 „ viventes, prolapsos scivi, et correctionis⁵⁷ manum non adhibui,
 „ nichil ita timeo quam meorum eatenus deteriorationem accre-
 „ scere⁵⁸ michi⁵⁹ tormentorum, quousque fetorem etiam⁶⁰ quo⁶¹
 „ talium admissores flagitiorum cruciantur sustinere compellar.
 „ Hunc⁶² enim scio cunctis penis intolerabiliorem, quas unde-
 „ cumque⁶³ rei alii perferunt peccatores. Quoties enim dampnabile
 „ aliquid perpetrarunt quos superstites post me reliqui, accurrunt
 „ demones inde michi cum exprobratione nimia⁶⁴ insultantes, penas
 „ priores novis et atrocioribus semper accumulantes⁶⁵. „ Dicebat
 etiam⁶⁶ michi quo die vel loco et tempore, postquam migravit de
 seculo, que persona quoque quale commisisset piaculum⁶⁷; et refe-
 rebat pleraque⁶⁸ de factis plurimorum, asserens, mox ut a suis olim
 discipulis eadem mala impleta fuissent, hec sibi per angelos mini-
 stros Sathane improperari, et suos continuo cruciatus augmentari.
 Constat vero aliquos⁶⁹ ex fratribus et amicis⁷⁰ eiusdem cui iste⁷¹
 prefuerat congregationis, zelo iustitie et fervore vere religionis
 succensos⁷², multam impendisse operam ante mortem quoque ipsius,
 quatenus, exordinationibus indisciplinatorum amotis vel correctis,
 ordinis puritas cum integritate ipso in loco⁷³ conservaretur⁷⁴. Hoc
 etiam⁷⁵ michi compertum fuit, quamobrem⁷⁶ et dixi ei: „ Quomodo
 „ ergo⁷⁷ longe lateque disseminatum est quod⁷⁸ plurimum emenda-
 „ tionis provenerit ante finem vestrum in domo illa cui⁷⁹ prefuistis,
 „ cum tanta et tam enormia de incolis eiusdem loci vobis⁸⁰ nun-
 „ tiantur⁸¹? „ Ille vero ad hec: „ Vera nimis esse scio hec que com-
 „ memoras, nec tamen falsum est nonnulla ibi solito probabilius
 „ et correctius constare. Verum⁸² ipsa tantum⁸³ mala ad penam me

— ⁴⁶ sum 4. — ⁴⁷ hinc 2. — ⁴⁸ m. l. 2. — ⁴⁹ decessum 2. — ⁵⁰ om. 3. — ⁵¹ preter 4. —
⁵² crimine 2. — ⁵³ odibili 2. — ⁵⁴ omnibus add. 2. — ⁵⁵ detestabili 2. — ⁵⁶ decet
 3. — ⁵⁷ correptionis 4. — ⁵⁸ crescere 1. — ⁵⁹ om. 1, 3. — ⁶⁰ om. 3. — ⁶¹ om. 1. —
⁶² hinc 4. — ⁶³ ita etiam 2. — ⁶⁴ n. e. 3. — ⁶⁵ (s. a.) superaccumulantes 3. —
⁶⁶ enim 4. — ⁶⁷ et peccatum add. 3. — ⁶⁸ plura post corr. 3. — ⁶⁹ quosdam 4. —
⁷⁰ a. e. f. 2. — ⁷¹ iniuste 3. — ⁷² om. 3. — ⁷³ (cum - loco) om. 1. — ⁷⁴ servaretur 1. —
⁷⁵ et 3. — ⁷⁶ q. c. f. 2. — ⁷⁷ igitur 3. — ⁷⁸ quasi 2, 3. — ⁷⁹ qua 3. — ⁸⁰ vobis 2, 3,
 4; nobis 1; „ yf hit be nowe schewyd yow „ V. A. — ⁸¹ enuncientur 3. — ⁸² unde 1;
 tamen add. 2. — ⁸³ me 2.

respiciunt; de melioratione⁸⁴ nullus michi fructus, merces nulla ascribitur; immo et augetur cruciatus. Nimis enim infestus obstiti⁸⁵ correctionibus eorum, et ne corrigerentur que vel correcta sunt, vel que corrigenda essent⁸⁶ nisi obviassem correctioni⁸⁷, quam maxime impedivi. Confusione enim illa, que, ut dicit Scriptura, adducit peccatum, insipienter preventus⁸⁸, peccatis et negligentibus meis exigentibus erubui manifestam eorum correctionem⁸⁹, que minus erubui, passim in vulgo cum fierent, ignominiose diffamari⁹⁰. Tanta vero⁹¹ in quibusdam obstinatione convaluerunt germinis detestandi plantaria, ut et⁹² eos estimem prorsus incorrigibiles, et per eorum factiones, nisi mira Deitatis omnipotentia auxilietur servis suis qui nequiciis eorum⁹³ adversantur, quicquid ibi ad emendationem ceptum creditur, in infectum deducetur. Ve! Ve! Cur me unquam talium consiliis credidi? Ve! cur tales in sublimem extuli, per quos adeo in⁹⁴ divine maiestatis incurri offensam, dum campum eis laxavi quecumque vellent per se suosque complices inique operandi? Illis⁹⁵ vero, „ quatuor et nominatim expressit vocabula eorum, „ dicere⁹⁶ poteris verbis meis quia eterna eos⁹⁷ et ineffabilia manent in gehennae baratro tormenta⁹⁸, nisi celerius dignam⁹⁹ Deo de malis factis suis¹⁰⁰ vel consiliis, quibus tam se quam sibi acquiescentes perdididerint¹⁰¹ satisfactionem obtulerint. Et revera si usque ad supremum iudicii diem in satisfaciendo quantumvis laborarent¹⁰², modicum omnino eis¹⁰³ videri debuisset in compensatione¹⁰⁴ et expiatione¹⁰⁵ tam magne, tam diuturne pravitatis sue, qua me ipsum extreme calamitati¹⁰⁶ fecerunt obnoxium et domum pene cunctam¹⁰⁷ multiplicibus malis infecerunt. Hos enim vix unquam vel leviter contristare volebam, sed ad nutum eorum quocumque eis libuisset inclinabar. Preterea debita¹⁰⁸ michi in psalmis et missis suffragia intercessionum vix pauci ex omni congregatione solvunt plenarie¹⁰⁹. Multi autem ex ipsis, et¹¹⁰ pro quibus ad penas precipue¹¹¹ teneor, nichil omnino earum rerum adimplent¹¹². Pro hiis ergo omnibus et¹¹³ dolore¹¹⁴ presentium et instantium formidine malorum undique coangustor. „ Talia circa istum¹¹⁵ vidi; et sic locutus est michi.

— ⁸⁴ vero *add.* 2, 3. — ⁸⁵ extiti 3. — ⁸⁶ correcta essent 3; correcta erant 1. — ⁸⁷ *om.* 3, 4. — ⁸⁸ correptus 3. — ⁸⁹ manifestam correctionem eorum gravius erubui 3. — ⁹⁰ qui minus erubui incorrecta, cum passim in vulgo forent ignominiose diffamati 2, 3; „ but lesse I bashyd to here hern over all schamfully dyffamyd. „ V. A. — ⁹¹ enim 2. — ⁹² *om.* 2; et ut 1. — ⁹³ *om.* 3. — ⁹⁴ *om.* 4. — ⁹⁵ ille 1. — ⁹⁶ discere 1. — ⁹⁷ vos 2. — ⁹⁸ supplicior 2. — ⁹⁹ digna 1. — ¹⁰⁰ s. f. 2. — ¹⁰¹ perdididerunt 2. — ¹⁰² l. q. 2. — ¹⁰³ *om.* 2. — ¹⁰⁴ compensationem 2. — ¹⁰⁵ expiationem 2. — ¹⁰⁶ calamitatis 1, 2. — ¹⁰⁷ totam 2. — ¹⁰⁸ debitam 1. — ¹⁰⁹ p. s. 2. — ¹¹⁰ *om.* 4. — ¹¹¹ precipue a. p. — ¹¹² impleant 2. — ¹¹³ *om.* 2. — ¹¹⁴ dolorem 1. — ¹¹⁵ illum 3.

Cap. XXVIII. De quadam inclusa.

“ Inklusam vero quandam bone¹ prorsus conversationis agnoveram, quam et impensius dilexeram². Hanc ibi quasi de seculo venientem de novo vidi. Erat autem³ admodum vultu⁴ constanti et aspectu venusto, quam via quidem laboriosa fatigabat immodice, penis etiam ignium quibus alii hinc inde involvebantur, illa frequentius attacta⁵ solummodo urebatur⁶. Ipsa vero hec quasi pro exiguo ducens, iter⁷ ad paradisum ocius festinando multumque proficiens indesinenter⁸ agebat. Hoc⁹ cum viderem, Deus scit¹⁰, phantasma et quasi sompnum id¹¹ reputabam, quia illam nullatenus mortuam esse credebam. Dicebam vero in memetipso¹² ita : “ Meritum carissime potius „ michi¹³ ancille Christi in ymaginatione ista insinuatur; nam in „ veritate ea ipsa, que adhuc vivit in corpore, hic esse non potest. „ Hodie vero¹⁴ tertius¹⁵ dies est quo locutus est mecum quidam olim „ convictaneus eius, quem rogavi ut salutaret eam verbis meis, „ devote supplicans quatinus attentius pro me¹⁶ orare dignaretur. „ Is autem respondit : “ Tu¹⁷ magis pro venerabili illa communi amica „ nostra intercede obnixius¹⁸; mortis enim debitum iam solvisse eam „ cognoscas. „ Obstupui, fateor, vehementius, et verum fuisse quod de illa conspexeram¹⁹ tunc primo vel ipse²⁰ credere cepi. De cetero hanc generalem fore omnium conditionem morientium evidentissime agnovi. Universos equidem qui ad percipiendam ante extreme resurrectionis et iudicii tempus quietem destinati sunt, ab hora²¹ mortis semper duriora relinquentes, leviora subibant tormenta; nisi forte occasione sui a viventibus aliqua²² committerentur, que sibi iuste imputari²³ potuissent, dum ante mortem satisfactionis munere non obtinuissent²⁴ ut eis ignosceretur, transmissa²⁵ ad posteros materia delinquendi. Quos vero²⁶ gravior astringeret²⁷ causa qua puniri eternaliter demeruissent²⁸, incipiebant quidem a penis gravissimis, que successu graviorum²⁹ in dies iugiter augmentabantur³⁰, et fiebat eis omnis dies sequens precedente amarior.

Cap. XXVIII. — ¹ nove 3. — ² amavi 3. — ³ om. 1. — ⁴ v. a. 3. — ⁵ tacta 3. — ⁶ u. s. 1. — ⁷ tunc 2. — ⁸ om. 2. — ⁹ hec 2. — ¹⁰ D. s. om. 3. — ¹¹ illud 2. — ¹² meipso 2. — ¹³ meritum michi potius beatissime 2; itaque multum potius carissime 3. — ¹⁴ nunc 2. — ¹⁵ tertia 3. — ¹⁶ p. m. a. 3, 4. — ¹⁷ autem add. 2. — ¹⁸ obnoxius 2. — ¹⁹ comperueram 2; comperieram 3; conceperam 4. — ²⁰ (p. v. i.) primum ipse 2. — ²¹ exitus add. 2. — ²² Hic desinit codex 2, i. e. Bodleianus, Digby 34. — ²³ imputare 1. — ²⁴ obtineretur 3. — ²⁵ per se add. 3. — ²⁶ illos vero quos 4. — ²⁷ astrinxerit 4. — ²⁸ meruissent 4. — ²⁹ gravior 1. — ³⁰ augmentabatur 1.

Cap. XXIX. De quodam episcopo.

In predictis etiam penis episcopum quendam, longe lateque famosum strenuitatis immense prerogativa qua preminebat, natum vero¹ de terra hac sed presulatus functum² honore³ in partibus transmarinis (1), quem semel tantum videram, recognovi. Obiit autem⁴ anno presenti circa festum sancti Michaelis. Nam etiam diem transitus ipsius⁵ tunc liquido novi, sed iam memorie excidit, mente scilicet mea circa multa que videram⁶ occupata. Innumera eorum nec diligenter⁷ notare potui⁸, nec omnia⁹ que notaveram artius retinere. Ille vero, quem superius memoravi de transitu incluse michi certitudinem attulisse, etiam hunc rebus humanis, sed nesciebat quo tempore, exemptum certius nuntiavit¹⁰. Repatriarat enim nuper adolescens quidam eiusdem presulis consanguineus, qui illius dum viveret adhaeserat famulatu ei que detulerat certum¹¹ nuntium¹² de obitu ipsius. Flammis¹³ pene continuis adurebatur, et maxime propter lubricos adolescencie sue excessus. Aliis etiam¹⁴ modis innumeris torquebatur, cuius mentionem idcirco non pretereundam¹⁵ putavi, quia mirum quiddam circa ipsum specialiter vidi. Cum enim iugi arderet incendio ignis¹⁶, vestis semper¹⁷ honestissima qua erat indutus, non modo illesa, sed se ipsa formosior per flammam reddebatur. Cuius miraculi rationem michi dux meus exposuit dicens: "Hoc ei privilegium prisce consuetudinis sue beneficio comparatur¹⁸. Enimvero", ait, "nudis semper specialius¹⁹ compati et eorum liberalissime indigentiam²⁰ solebat relevare. Quare vestis eius decore non carebit, donec penitentiae spatio excursu stola divinitus iocunditatis et letitiae donetur sempiternae²¹."

Cap. XXX. De cuiusdam uxore.

Viri plebei cuiusdam¹ uxor bonis admodum una cum marito studiis et moribus² predita, anno preterito ultimum huic instabili luci valefecit³. Hanc familiariter olim michi caram, ibi, levi sub afflictione

Cap. XXIX. — ¹ om. 3. — ² functus 1. — ³ h. f. 3. — ⁴ vero 3, 4. — ⁵ eius 3. — ⁶ videbam 4. — ⁷ diligentius 3. — ⁸ om. 3, 4. — ⁹ potui *add.* 3, 4. — ¹⁰ denuntiavit 3. — ¹¹ om. 3. — ¹² e. d. n. 4. — ¹³ autem *add.* 3. — ¹⁴ et 1. — ¹⁵ pretereundum 1, 4. — ¹⁶ ignis incendio 3. — ¹⁷ super 3. — ¹⁸ comparatum 3, 4. — ¹⁹ patientibus 3. — ²⁰ i. l. 3, 4. — ²¹ eterne 3.

Cap. XXX. — ¹ c. p. 3, 4. — ² m. e. s. 3, 4. — ³ v. l. 3.

1) Hic fortassis designatur Richardus Palmer, Anglus, archiepiscopus Messanae in Sicilia, qui obiit anno 1195.

respectu aliorum, ad immensum celestis glorie fastigium⁴ alacriter properantem gratulabundus admodum conspexi⁵. Inde vero gravio-rem et reatum contraxerat et supplicium quod emulis suis et quibusque sibi iniuste inimicantibus impatienti dicacitate conviciari et obloqui⁶ et in animo dolorem rancoris tenere consueverat, hoc tamen vitium invincibile⁷ sibi propter imperfectionem suam et semper oderat in se et frequentius deflebat, quare et⁸ vicinior ei restabat eiusdem et facilius⁹ venia commissi. Fuerat enim in devotione et orationis studio ferventissima; elemosinis, hospitalitate, vel reliquis misericordie operibus super possibilitatem facultatule¹⁰ dedita sue¹¹ et intenta. Ad ultimum vero, diuturno languore ut fornacis aurum examinata, omnem pene vitiorum scoriā deposuerat. Ceterum per raro omnino¹² est ut hiis diebus, quibus a mera illius nascentis pridem ecclesie simplicitate et innocentia omnium pene mores per mille pene¹³ vitiorum anfractus¹⁴ degenerant, quisquam in hac mortalitate degens evangelicam ad plenum conservet aut recuperet iustitiam et puritatem, quas, donec quisque promeruerit, nec in tabernaculo celestium habitare¹⁵ mansionum nec in monte paradisiace amenitatis requiescere valebit. Quam ob causam¹⁶ quicquid spiritibus de hoc mundo migrantium munditie¹⁷ equitatieque contrarium inheserit, in illo seculo purgari necesse¹⁸ habet, ut purificatis per supplicia aditus pateat beate quietis, et in quietis loco, peramplius et perfectius ex desiderio divine visionis dignificatis animabus, introitus reseretur glorie celestis¹⁹. Hoc²⁰ vero tantum de illis²¹ sperari²² et credi oportet iniquitatibus et²³ maculis discedentium²⁴, quas inter venialia concedunt annumerari vel sui qualitas in mali pondere levis, vel penitentie satisfactio et confessionis. Nam respectu criminalium que scilicet et sui natura mortifera sunt, et penitentie remedio levigata non fuerunt, restat proculdubio ut talis quisque in futuro presentetur²⁵ iudicio, qualis recessit de hoc seculo.

Cap. XXXI. De viris religiosis quas penas pro quibus delictis pertulerunt.

Omnes vero tam pro magnis quam pro levioribus peccatis certas et quodammodo¹ singulorum peccatorum proprias vidi perferre penas. Gravia nimis² videbantur michi³ etiam⁴ que minima ibi et pro

— ⁴ i. g. f. c. 1. — ⁵ aspexi 4. — ⁶ o. e. c. 3. — ⁷ invincibilem 1. — ⁸ om. 3. — ⁹ illius add. 4. — ¹⁰ quoque facultatis sue 3. — ¹¹ s. d. 4. — ¹² o. p. 3, 4. — ¹³ om. 3. — ¹⁴ (per - anfr.) om. 4. — ¹⁵ h. c. 3. — ¹⁶ quamobrem 3, 4. — ¹⁷ animabus migrantium de hoc seculo immundicie 4, 5. — ¹⁸ om. 4. — ¹⁹ c. g. 4. — ²⁰ Hec 3. — ²¹ d. i. t. 3. — ²² sperare 1. — ²³ vel 3. — ²⁴ om. 4. — ²⁵ representetur 3.

Cap. XXXI. — ¹ quasi 4. — ² valde 4. — ³ m. v. 4. — ⁴ om. 3.

levioribus inferebantur excessibus; ut pro risu immoderato et verbis otiosis, pro cogitationibus vagis, cum nimis per incuriam mentem⁵ occupassent, vel certe que a viris observantiam professis regularem committitur⁶ ordinis sui et institutionis transgressio facilis, ut⁷ in gestu indisciplinato et signis nimis, in evagatione de claustro vel cella⁸ inutili et indiscreta, et aliis que in hunc modum sunt. Nam et aliquos⁹ vidi pro eo quod preter locum et horam legitime refectionis, herbas vel arborum fructus non medicine sed voluptatis cuiusdam¹⁰ impulsu edere¹¹ presumpsissent, prunas ardentes in ore volvere, miserabiliter deflentes se¹² non cibos¹³, sed supplicium, cum illa sumerent, comedisse. Pro risu vero immoderato, verbera; pro verbis otiosis, in facie cedes¹⁴; pro cogitationibus inutilibus et nimium ex more vagis, aeris variam inclementiam perferebant. Qui in gestu dissolutiori peccassent, vinculis asperis et nonnulli igneis artabantur; pro signorum numerositate superflua, quibus ludicra et otiosa queque contulissent ad invicem, digiti negligentium vel excoriabantur vel tusionibus quassabantur. Vagatio instabilium dura de loco in locum iactatione, distractione¹⁵ et collisione inter se¹⁶ membrorum, molestius plectebatur¹⁷. Sermones, impuritate aliqua et irreligiositate vel qualibet¹⁸ turpitudine sordentes¹⁹, in viris presertim ordinis sacri, sicut capitalia pene crimina premebantur²⁰. Votorum quoruncunque infractio, et precipue cum aliqui²¹ impendentis periculi metu quidlibet²² Domino pro ereptione²³ vel sanctis eius vovissent et securitate percepta²⁴ eiusdem voti prevaricationem²⁵ non vitassent inestimabilibus penis luebatur²⁶.

Cap. XXXII. De quodam milite qui votum fregit.

“ Inter huiusmodi¹ prevaricatores iuvenem quemdam de ordine militari michi dudum familiarem vidi medio in rogo ardere. Quem sciscitatus cur tantis subderetur malis² audiavi ab eo : “ Vita „ inquit, “ mea omnino sterilis et³ vana, sed multorum fertilis vitiorum, immo „ vitiis extitit⁴ plena; feda enim libidine, elatione insolens erat. „ Verum inde crucior precipue quod crucem reieci quam sumpseram „ in voto Ierusalem adeundi, quamquam non instinctu devotionis

— ⁵ m. p. i. 4. — ⁶ om. 4. — ⁷ scilicet 4. — ⁸ cellis 3, 4. — ⁹ alios 3. — ¹⁰ om. 4. — ¹¹ comedere 4. — ¹² sed 1. — ¹³ cibis 2. — ¹⁴ cesiones 4, 5. — ¹⁵ distractione 3, 4. — ¹⁶ hec 1. — ¹⁷ plectebantur 1. — ¹⁸ q. v. 4. — ¹⁹ sordantes 1. — ²⁰ puniebantur 1. — ²¹ aliquid 1. — ²² quicquid 3; quibus 1; quicquam 4. — ²³ sua add. 3. — ²⁴ recepta 4. — ²⁵ prevaricatione 1. — ²⁶ luebantur 1, 3.

Cap. XXXII. — ¹ eiusmodi 4; vero add. 3. — ² hec add. 4. — ³ om. 3. — ⁴ om. 4.

„ sed inanis glorie obtuitu⁵, quam⁶ a domino cui militabam captare
 „ sati, illam susceperim. Omni vero nocte iter illud quanta valeo
 „ profectione consummare laboro. Verum debilis viribus, destitutus
 „ sumptibus⁷, aeris contrarietate, et asperitatibus insuper vie, non
 „ leviter prepedior, unde vix brevissimam explere valeo dietam⁸.

„ Erumpente autem mane advolant tortores mei, angeli tenebra-
 „ rum, omnique crudelitate debacchantes ad locum me revehunt
 „ tormentorum⁹, ubi totis semper diebus, cum quadam melioratione
 „ tamen, licet permodica, hesterni doloris¹⁰, incendor¹¹ et multipli-
 „ citer affligor. Denuo nocte reddita illo restitutor in loco ubi pridie
 „ fui inventus¹². Unde viam omisse peregrinationis demum¹³ aggre-
 „ dior mane iugiter suppliciis de more subdendus. Omnes¹⁴ quoque,
 „ qui crucem deserentes Ierosolimitanam postposuerunt peregrina-
 „ tionem quam vovissent¹⁵, simili fatigatione hanc tenentur explere;
 „ si tamen, sicut et michi celitus concessum est¹⁶, vel in vite supremo
 „ ex hoc digne penituerunt¹⁷, et per confessionis salutare asilum¹⁸
 „ hoc capitale¹⁹ crimen sibi veniale reddiderunt. Alias peccatum
 „ istud suos admissores dampnationi eterne astringit. „

Cap. XXXIII. De alio milite.

„ Alium quoque militem, qui ante hoc decennium militiam vitae
 que super terram est missione¹ salutaris omiserat ibidem recognovi.
 Hic autem tunc temporis omnes quidem penas evicerat graviores,
 sed prius in eis multipliciter estuaverat. Cuius ideo² defunctionem
 salutarem dico, quia et³ per tanti spatii cruciatus ad gaudia tamen
 migraverat⁴ omnium seculorum. Aviculam quandam nam niso simi-
 lem pugno ferebat. Hic vero in vita pristina pre omnibus provincie
 sue hominibus beneficentiam hospitalitatis, ut monet apostolus, libe-
 raliter et studiosius quibuscunque adventantibus exhibere gaudebat.
 Annis ferme triginta continentiam vidualem, coniuge sua quam
 maritali castitate dilexerat ad Dominum premissa, sectari⁵ videbatur.
 Dapsilis, omnibus affabilis et beneficus, pro posse suo⁶, vixerat.
 Mirabar igitur vehementer cur tanto tempore vir tam honestissime⁷
 morigeratus quietem plenissimam minime⁸ percepisset. Verum dixit

— ⁵ obtentu 3. — ⁶ quamquam 1. — ⁷ (d. s.) *delev.* 3. — ⁸ crucietate (*sic*) 1. —
⁹ tenebrarum 3. — ¹⁰ (licet - doloris) h. d. l. p. 4. — ¹¹ incendor *add.* 1. — ¹² (f. i.)
 finivi iter 3, 4, 5. — ¹³ *om.* 3. — ¹⁴ omnium 1. — ¹⁵ (p. q. v.) q. v. p. 3. — ¹⁶ (c. e.)
 e. c. 3. — ¹⁷ penituerint 4. — ¹⁸ refugium 4, 5. — ¹⁹ *om.* 4, 5.

Cap. XXXIII. — ¹ amissione *post corr.* 3; defunctione 4; omissionem 5. —
² inde 1, 3. — ³ *om.* 3. — ⁴ migrabat 3, 4. — ⁵ sequi 3. — ⁶ (p. p. s.) *om.* 4, 5. — ⁷ (t. h.)
om. 4, 5. — ⁸ non 3.

michi hoc mirandum non esse cum diutius in mundo vivens non potuerit plurima non commisisse; presertim in pueritia et⁹ iuventute cum delicatius nutriretur, et tum a sodalibus tum fervore indiscrete etatis ad noxia multipliciter traheretur, que videlicet in conversatione seculari¹⁰, ubi mundialibus conviventium moribus morigerandum¹¹ fuisset, et vanitatibus non in¹² paucis, ad plenum nequiverit expiare. Avem vero quam pugno gestabat penaliter sibi manum rostro et unguibus¹³ lacerare querebatur, cuiusmodi tedium ea ex re molestius et infestius sibi imminere fatebatur, quia in lusu avium quarum alias raperet volatu¹⁴, omni vite sue tempore inani quadam voluptate impensius delectari consuevisset. Quod genus delinquendi nec in senio reliquerit vel fleverit; quia hoc in peccatum deputari nesciisset. Multa et¹⁵ alia vidi in loco quem primo inspexi tam circa notos meos¹⁶ quam circa promiscuas omnium graduum et professionum¹⁷ multitudines, quorum singuli¹⁸ ut longe superius breviter sub quadam generalitate complexus sum innumeris et nimis¹⁹ afficiebantur penarum amaritudinibus²⁰. Verum hoc interim succincte pauca de multis²¹ scripsisse sufficiat.

Cap. XXXIV. De hiis quos in secundo loco tormentorum monachus vidit.

Iam ex hiis, que loco secundo notavimus insinuata nobis¹, aliqua compendiose memoremus. Ibi enim, ut prefati sumus, multo plures quam aliis in² locis, nobis dudum familiares et notos, ea, in quibus a Domini³ cognitione et familiaritate abalienati sunt, deviendo⁴ a mandatis eius, inter supplicia flere⁵ conspexi.

Cap. XXXV. De tribus episcopis.

Tres ibi episcopos olim sepius visos a nobis¹ catenis igneis artius constrictos inter globos ignium, et procellas grandinum ac nivium, et turbines ventorum², et interfluentis stagni fetores, miserabili ordine volutari cernebam. Non multum adinvicem³ dissimiliter cruciabam-

— ⁹ in *add.* 5. — ¹⁰ comissa *add.* 5. — ¹¹ socius *post corr.* 3; morigerantium *ante corr.* — ¹² *om.* 3. — ¹³ ungulis 4. — ¹⁴ (quarum-volatu) q. v. a. r. 4, 5. — ¹⁵ etiam 4. — ¹⁶ *om.* 3. — ¹⁷ (e. p.) *om.* 3. — ¹⁸ *om.* 1. — ¹⁹ nimis 1. — ²⁰ asperitatibus 4. — ²¹ pluribus 3.

Cap. XXXIV. — ¹ n. i. 4, 5. — ² *om.* 3. — ³ Dei 4, 5. — ⁴ scilicet *add.* 4. — ⁵ deflere 4, 5.

Cap. XXXV. — ¹ a. n. v. 4. — ² ventorum etiam turbines 3. — ³ ab invicem 4.

tur⁴. Unus tamen pre ceteris immanissime ea potissimum ex causa torquebatur, quod⁵ placitatoris loco inter seculares iudices consedere plurimum⁶ delectari soleret (1). Multis etiam bona conscientia nitentibus in litigando violentus contra iustitiam oppressor extitit⁷, et hiantem ore iugiter⁸ linguam sibi flammis ultricibus ardere querebatur. Et cum vicissim nunc ignibus totus cremaretur, modo⁹ nive madidus geluque constrictus obrigesceret, nunc stagni fetoribus cenoque oblimatus sorderet¹⁰, lingue semper sue¹¹ continuabantur incendia¹². Alius continentie cingulo aliquando negligentius usus est¹³, quod nefas, in episcopo nimis immensum, crebra putentis demersione stagni¹⁴, quod estus et frigora interiacere super descripsimus¹⁵, puniebatur. Profuit ei¹⁶ multum inter alia satisfactionis bona¹⁷ quod calcato¹⁸ prelacionis ambitu humilem monachorum¹⁹ ante finem suum corde contrito suscepit habitum. Hoc etiam²⁰ quibusque facientibus plurimum confert, quia et sanctorum meritis et interventu²¹, qui hoc²² habitu usi sunt, specialius iuvantur et in ordine eorum resuscitandi noscuntur qui mundum pro Domino funditus reliquerunt²³, si vel in extremis ipsi²⁴ mundo scematis sacri perceptione²⁵ renunciaverint. Tercii peculiare fuit²⁶ vicium inanis gloria. In cuius compensacione delicti frequencius altissimis flammarum spiris in sublime agebatur. Et quia per hoc vicium precipue a divino amore in frigus itur humani²⁷ torporis, cadentem illum excipiebant partis oppositae algores. Commune omnium²⁸ trium exitium fuit animarum incuria, cura diviciarum²⁹, despectio erga pauperes, in principes adulacio, sollicitudo illicita et immoderata propinquorum, et, ut sermone brevi innumera concludamus³⁰, quilibet que sua erant quesisset, que Ihesu Christi contempsisset³¹ convincebatur. Generale, inquam, sed multiforme horum³² et complurium quos vidi prelatorum malum fuit, neglectus officii suscepti, honoris delectio, dissimulatio oneris eiusdem honoris³³. In hiis omnibus potestate qua prediti

— ⁴ c. d. 3. — ⁵ quia 3. — ⁶ plurimumque in hoc 4, 5. — ⁷ extiterit 1, 4. — ⁸ h. i. o. 4. inhiansque iugiter ore 3. — ⁹ nunc 4. — ¹⁰ feteret 3. — ¹¹ om. 3. — ¹² l. semp. c. i. sue 4; sua add. 3. — ¹³ visus est 5. — ¹⁴ illius add. 4. — ¹⁵ diximus 4. — ¹⁶ om. 1. — ¹⁷ b. s. 3. — ¹⁸ calcate 1. — ¹⁹ *Hic avulsum est unum folium in codice 1, scilicet Cotton, Cleopatra. c. XI. Quam lacunam, mutato consilio, (cf. quod supra dictum est in praefatione p. 234) potissimum supplere ex 3. — ²⁰ enim 4, 5. — ²¹ m. e. i. s. 4, 5. — ²² om. 3. — ²³ r. f. 3. — ²⁴ plena devocione 4, 5. — ²⁵ (sc. s. p.) om. 4, 5. — ²⁶ fuerat 4. — ²⁷ mundani 4, 5; "worldly slowness", V. A. — ²⁸ illorum 4, 5. — ²⁹ d. c. 4, 5. — ³⁰ ut uno sermone breviter multa concludamus 4, 5. — ³¹ negligisse (sic) 4, 5. — ³² (i. s. m. h.) autem huius 4, 5. — ³³ (dissimulatio - honoris) delectatus, ordinis dissimulatio, 4, 5.*

(1) Dubitari vix potest quin his verbis designetur Hugo Puiset, sive Pudsey, episcopus Dunelmensis et Angliae iusticiarius. Mortuus est A. D. 1195. De ipso cf. *The Dictionary of National Biography*, vol. XLVII, p. 10.

fuerant in sui perniciem et subditorum perdicionem abusos se³⁴ inenarrabili luctu plangebant. Horum ita pene³⁵ omnium tormenta, sicut³⁶ quemdam³⁷ superius specialiter iam³⁸ rettuli, cotidianis fere cumulis augmentabantur ut quicquid diutina vexacione et amicorum vivencium³⁹ suffragiis in missis, elemosinis et ceteris huiusmodi mitigari de penis eorum debuisset, novis et recentibus suorum⁴⁰ criminibus quos in viciis suis perniciose foverant, aut minime pro gradus sui debito corripuerant, amplius in dies aggravabantur⁴¹. Quare universi qui tali condicione supplicia perferebant⁴² de salute sua omnino dubii et ancipites pene desperabiliter fluctuabant. Nichil vero in tormentis ita exiciale ducebant sicut indulgencie quandoque percipiende incertitudinem; nichil e diverso aliorum dolorem sic mitigabat quemadmodum fida⁴³ consequende remissionis presumpcio. Incertis quoque de fine malorum suorum, in hoc ipso⁴⁴ magnum quoddam⁴⁵ videbatur esse solacium, quod dampnacionis sue certitudine non tenebantur. Nam hoc malum peremptorium, desperacio scilicet⁴⁶, quantum⁴⁷ perpendere mecum secundum ea que videbam ibi⁴⁸ sufficio, omnibus cruciatibus plus cruciat, omnibus suppliciis⁴⁹ plus angustat et penis omnibus plus⁵⁰ gravat.

Cap. XXXVI. De quodam archiepiscopo.

„ Vidi preter istos quendam meriti quondam et nominis magni virum, qui post humile¹ cenobitarum contubernium ubi revera vixerat devote², in religione fervens, in corporis maceratione rigidus, strenuus in sacris meditacionibus³, in multarum carismatibus virtutum prestantissimus, ad pontificatus et demum ad primatus apicem in regione latissima profecerat (1). Verum, proh dolor, quantum per hoc in oculis hominum creverat, tantum in iudicio eterni iudicis⁴ decrevisset, si non divina miseracione et precedentis vite meritis adiutus⁵, qua in humilitate⁶ bene placuerat Deo⁷ in bono proposito

— ³⁴ s. a. 4, 5. — ³⁵ (i. p.) fere 4, 5. — ³⁶ ut 5. — ³⁷ om. 4, 5. — ³⁸ (s. i.) de quodam 4, 5. — ³⁹ v. a. 3. — ⁴⁰ eorum 5. — ⁴¹ aggravabatur 5. — ⁴² supplicio durabant 3. — ⁴³ om. 3. — ⁴⁴ (i. h. i.) vel hoc ipsum 4, 5. — ⁴⁵ om. 5. — ⁴⁶ s. d. 4, 5. — ⁴⁷ om. 3. — ⁴⁸ om. 3. — ⁴⁹ angustis 4, 4. — ⁵⁰ magis 4, 5.

Cap. XXXVI. — ¹ humilem 3. — ² d. v. 4, 5. — ³ i. s. m. strenuus 4, 5. — ⁴ interni inspectoris 4, 5. — ⁵ in add. 4, 5. — ⁶ humili habitu 4, 5. — ⁷ domino 4, 5.

(1) Hic primas est Baldwinus, Cantuariæ archiepiscopus, anno 1190 mortuus. Monachus Cisterciensis fuerat et abbas monasterii de Ford. Gesta illius in omnibus eius ætatis chronicis plenius narrantur.

et labore, acceptabilem vite terminum concludisset⁸. In⁹ pontificali enim regimine minori iusto solercia, maxime cum scientia magna premineret⁹, saluti invigilavit¹⁰ populorum. Indignissimorum etiam promocionibus ad honores ecclesiasticos ignaviter consensit. Regiis nutibus propter iuris executionem displicere, quia regio specialiter¹¹ favore tantum videlicet adeptus¹² (erat) honorem, aut formidavit aut erubuit. Denique et simultatum equo tenacior multa quibusque adversa studuit irrogare¹³, quos promocioni sue in primis noverat¹⁴ renitentes. Hiis et huiusmodi excessibus enormiter offenderat¹⁵. Quod et¹⁶ maiorem sibi¹⁷ reputabatur ad culpam, quia religionis et sapientie auctoritatem, quibus opinatissimus celebrabatur et quibus efficaciter¹⁸ prodesse multum valuisset, sub cuiusdam ignavie modio inutiliter deprimendo occultavit¹⁹. Hiis enim²⁰ suppliciiis enormibus deputantur, quia²¹ et scandalum maius²² pariunt²³ ecclesie Dei quique sanctitatis et sapientie titulo illustres, dum nec vicia et abusionum male sata et peius radicata plantaria evellunt et destruunt²⁴, nec virtutum et honestatis insignia edificare et plantare pro iure officii sui in plebe sibi subiecta²⁵ et clero²⁶ satagunt, quam alii qui cuiuscunque²⁷ boni prerogativa destituti cum sint, eque inutiles noscuntur. Enim vero ab istis exigere²⁸ non possunt homines quod ipsis creditum non esse omnes noverunt²⁸. Quamobrem et leviter ferendum²⁹ creditur, si inutilitate nativa terram tantum³⁰ occupant nitore mundane ambicionis quasi foliis quibusdam umbrosis pulcri sed fructus dulcedine vacui. Illorum vero torpor et remissio etiam istis³¹ securitatem perniciosam transmittit, ut credant se strenuos ministerii sui executores, in quo tam famosis rectoribus vel predecessoribus vel collegis suis aut pares inveniuntur aut parum inferiores. Deus tamen et ab insciis quod debuerunt habere³² ut fierent capita in populis³³ expetit, et sciolis quod habuerunt steriliter³⁴ in ipsorum perniciem et penam immaniore convertit. De publica autem³⁵ presbiterorum et clericorum incontinenia maxime periclitantur moderni pontifices, quia tam enorme scelus in incuriam celestium sacramentorum, in quibus omnis fidelium salus et vita consistit, que isti quantum in ipsis est³⁶ temerare cum sint polluti et

— ⁸ contulisset *ante corr.* 3. — ⁹ (In ... premineret) *om.* 3. — ¹⁰ invigilaverat 5. — ¹¹ s. r. 4, 5. — ¹² (t. v. a. h.) tantum honorem videbatur adeptus 4; favorem 5. — ¹³ s. i. a. 4, 5. — ¹⁴ offenderat 3. — ¹⁵ offendit 3. — ¹⁶ Hoc etiam 4, 5. — ¹⁷ sibi ad maiorem 4, 5. — ¹⁸ multis 4, 5. — ¹⁹ *post corr.* 3; occubuit 5. — ²⁰ (H. e.) Qui enim hoc faciunt 4, 5. — ²¹ qui 3. — ²² magis 4. — ²³ parant 4, 5. — ²⁴ e. d. *om.* 4, 5. — ²⁵ subdita 4, 5. — ²⁶ *om.* 4, 5. — ²⁷ *post corr.* 3; utriusque 4, 5. — ²⁸ (exigere ... noverunt) exigi non potest quod eis creditum non est 4, 5. — ²⁹ esse *add.* 4, 5. — ³⁰ *om.* 4, 5. — ³¹ illis 3. — ³² h. d. 4, 5. — ³³ (et) non habent *add.* 3. — ³⁴ s. h. 4, 5. — ³⁵ *om.* 3. — ³⁶ (quantum - est) *om.* 3.

fedi non venerentur, corrigere dissimulant. De negligentia decanorum, officialium et archidiaconorum, pleraque que vidi referre supersedeo, et qualiter illis vel consentientibus vel propter munerum aut personarum acceptionem dissimulantibus christianitatis status omnis evertitur. Id enim in viventium operibus aut³⁷ moribus evidencius ostenditur. Horum itaque dissolutio et languor erga zelum domus Dei tum maxime clero et populo, tum precipue et sibi et suis auctoribus dampnationem acquirit eternam³⁸. De hiis vero omnibus et aliis in hunc modum innumeris prefatus in regione sua presulum maximus gravi sub questione laborabat. Iuvit autem precipue hunc preciosissimus³⁹ Anglorum archiepiscopus, sanctus Thomas, quem suffragatorem hinc potissimum optinuerat quia in terra promissionis, ad quam peregre devenerat, xenodochium⁴⁰ instituit⁴¹ nomine eius⁴² intitulatum ad magnum⁴³ refrigerium⁴⁴ peregrinorum. Quod factum ibi primo cognovi, sed pridie⁴⁵ quidam monachus id mihi sciscitanti an verum esse sciret⁴⁶ rettulit per ordinem qualiter illud institutum est⁴⁷. Auxit preterea non modice⁴⁸ remedia ipsius peregrinationis labor quem in expedicione Hierosolimitana sustinuit, que nuper de omnibus pene mundi partibus ad expugnandos⁴⁹ crucis Christi inimicos qui ipsam urbem peccatis incolarum exigentibus pervaserunt profecta est. Sacerdotum plures, qui incontincencie sue reatus penitendo et confitendo damnaverant⁵⁰ atque⁵¹ reliquerant⁵², innumeris et immensis suppliciis et ardoribus ibi confectos misera per omnia sorte vidi. Verum⁵³ cogitanti intra me quia nimis pauci ibi reperirentur ad multitudinem illorum nimiam quam ubique terrarum castimoniam polluendo penas demeruisse post mortem suspicabar, responsum est mihi quod ideo⁵⁴ paucissimi de numerositate⁵⁵ talium ibi torquerentur, quia vix vel raro⁵⁶ quisquam ex eis vere penitens super iniquitatibus et fornicationibus suis inveniatur⁵⁷, unde multitudinem ipsorum maximam ad illos, quos in carne morientes⁵⁸ mors proculdubio⁵⁹ eterna confestim excipit, pertinere et illorum⁶⁰ penis indicibilibus coniungi non esset dubium⁶¹. Ego autem in tota visione ista neminem conspexi⁶² qui spem funditus amisisset indulgencie et sub certitudine estuaret perdicionis eterne.

— ³⁷ vel 4, 5. — ³⁸ sempiternam 5. — ³⁹ martir et *add.* 4, 5. — ⁴⁰ exenodochium 5. — ⁴¹ instituerat 4, 5. — ⁴² sancti Thome 4, 5. — ⁴³ scilicet *add.* 4, 5. — ⁴⁴ refugium 4. — ⁴⁵ *om.* 3. — ⁴⁶ (e. s.) esset 4, 5. — ⁴⁷ (retulit - est) referentem per ordinem qualiter id instituerit audiui 3. — ⁴⁸ immodice 3. — ⁴⁹ contra 4, 5. — ⁵⁰ (qui - damnaverunt) quos incontincencie reatus penitendo damnaverant 7. — ⁵¹ d. a. *om.* 4, 5. — ⁵² sed penitenciam non peregerant *add.* 4, 5. — ⁵³ tamen *add.* 7. — ⁵⁴ idcirco 7. — ⁵⁵ multitudine 4, 5. — ⁵⁶ unus 3; et rarus 4, 5. — ⁵⁷ invenitur 7. — ⁵⁸ mortuos 7. — ⁵⁹ *om.* 4, 5. — ⁶⁰ eorum 5. — ⁶¹ ambiguum 4, 5. — ⁶² ibi vidi 7.

Cap. XXXVII. Quedam descriptio monachi de quibusdam hominum generibus et de eorum penis.

„ Longum supra modum esset, si viritim¹ omnes² et solos notos viros recenserem, episcopos, abbates et priores, iusticiarios, iudices inferiores³ et omnium condicionum⁴ et graduum⁵ personas. Longum nempe et lectori fastidioso nimis tediosum videretur, si omnium singulatim criminum et viciorum supplicium errantium iuxta proprietates suas ut nobis ostensa sunt temptarem exponere. Nullum in scripturis sacris⁶ peccati genus describitur, cuius in hiis locis certa non sint auctoribus suis preparata tormenta. Taceo⁷ de homicidis, adulteris, incestuosis, fornicatoribus, mendacibus, periuris, rapacibus, ebriosis, commessatoribus, proditoribus, avaris. Pretereo⁸ superbos, invidos, detractores, odientes proximos et cenodoxie servientes, et alias in hunc modum mille pestes criminum, quarum ibi merces copiosa nimis divisim suis restituitur⁹ operariis. Quis enim hec omnia referre valeat, cum bonos religiosos viderim pro hoc¹⁰ tantum, quod in¹¹ manuum decore et digitorum productorum¹² nitore gloriari solerent, amara nimis perferre supplicia; viatores, repentinis latronum insidiis trucidatos, molestius¹³ tormentari¹⁴ pro suis quibusque reatibus vidi; fures vero, quod pretereundum omnimodis non iudico, qui suspendio adiudicati, sacerdoti tamen, vel, quod maxime iuvat, publice crimina et opera sua mala in vera contritione¹⁵ confessi sunt ipsumque mox patibulum patienter in remissionem peccatorum omnium¹⁶ subie-runt, remittentes ex animo persecutoribus suis et omnibus inimicis¹⁷ iniurias et afflictiones et ipsam¹⁸ mortem suam¹⁹, cum²⁰ speciali quadam venerabilitate in penis mitioribus vidi contrectari. Alios pro simili punitos²¹ scelere qui confiteri palam iam leto imminente obiecta facinora noluerunt, sperantes, diabolica scilicet fraude decepti, quod negantes unde criminabantur dimitterentur illesi, propositum autem²² firmum habentes relinquendi peccata sua ac digne deflendi²³ si speratas percepissent indutias, tunc etiam presbitero si adesset confiteri paratos, nece vero statim illata hiis omnibus frustratos²⁴, Deique solius et sanctorum eius misericordiam in vite supremo enixius interpellantes, nimia vidi atrocitate vexari. Venie

Cap. XXXVII. — ¹ vicissim 3. — ² (omnes inferiores) om. 4, 5. — ³ et ordinum add. 4, 5. — ⁴ sanctis 1. — ⁵ pretereo homicidas etc. 4, 5. — ⁶ preterea 3. — ⁷ preparatur 4, 5. — ⁸ eo 4. — ⁹ pro 3; om. 4. — ¹⁰ productionum 4. — ¹¹ modestius 4; " in an yesy (easy) wyse, V. A. — ¹² cruciari 4. — ¹³ cordis add. 3. — ¹⁴ o. p. 3. — ¹⁵ o. i. et p. s. 3. — ¹⁶ etiam add. 4. — ¹⁷ om. 3. — ¹⁸ om. 3. — ¹⁹ punito 1. — ²⁰ suum 3. — ²¹ vel vivendi add. in margine 3. — ²² frustrati 1, 3, 4.

tamen consequende spem nec isti amiserant²³. Igneis autem patibulis, loris quoque flammeis compediti, vincti et suspensi, mediis in rogis palpitabant quos flagris et tridentibus cedentes et discerpentes²⁴ tortores immanissimi, facinora sua cum insultationibus nimiis eis improperebant.

Cap. XXXVIII. De veneficis.

„ Veneficos et¹ mulierculas qui fetus suos aut editos exposuerant, aut² abdicatos vel interfecerant³, vel conceptos abortire maleficiis variis⁴ coegerant, dilacerari multimoda cede⁵ et ungularum abrasione vidi, metalla diversa ut es et⁶ plumbum igne soluta admixtis fetidissimis quibusdam sordibus potare compulsos. Quod genus poculi execrandum, omnia⁷ intranea⁸ eorum exurens⁹, miserabili clade penetrabat, et emissum per secretiora¹⁰ iterum miserrimis bibendum ingerebatur. Immania vero quedam repentium monstra portentuosius lacertis ipsas¹¹ complectentia, unguibus altius immersis in cervices et costas uberibus dependebant huiuscemodi feminarum, ore vipereo et dentibus sugentes et corrodentes mammas earum.

Cap. XXXIX. De feneratoribus.

„ Feneratores nummorum cumulis instar montium igneorum coacervatis immersi¹, avaricie flammam se malo suo iniquis aluisse² compendiis, dum in seculo vixerant, irrequietis clamoribus et ciulatibus indefessis³ testabantur.

Cap. XL. De fugitivis.

„ Fugitivi de sacris professionibus¹ quibus divino se famulaturi devoverant, et post votum insipienter contra fas tractantes², ac vomitum mundanarum sordium ritu canino repetentes, tantis ibi afficiebantur malis, ut exponere supplicia eorum³ que vidi nullo

— ²³ isti non demiserant 3. — ²⁴ discerpentes 4.

Cap. XXXVIII. — ¹ aut 1. — ² om. 1, 3. — ³ interfecerunt 7. — ⁴ suis 3. — ⁵ cedes 1. — ⁶ om. 3. — ⁷ om. 1, 4. — ⁸ interiora 4, 7. — ⁹ omnia add. 1. — ¹⁰ excretiora 1. — ¹¹ ipsos 3.

Cap. XXXIX. — ¹ innisi 4. — ² habuisse 1. — ³ i. e. 4.

Cap. XL. — ¹ ordinibus ante corr. 1. — ² ita 1, 3; om. 4 (? detrectantes). — ³ e. s. 3.

sciam eloquio. Amarissima vix penitudo⁴ et resipiscentia in extremis, adiuncta confessione, tales quidem interdum⁵ a gehennali suspendit interitu, sed ipsa eorum apostasia hic⁶ nimis⁷ et diutissimis cruciatibus luitur.

Cap. XLI. De quodam principe.

„ Quid vero de principe quodam (1) quem inter totius mundi principes vidimus potentissimum dicam, quem hic tantis cernere erat calamitatibus pressum, immo etiam¹ undique coangustatum, ut in hoc specialius impletum viderem² quod de mystica Babilone in Iohannis Apocalipsi³ precipitur? „ Quantum, „ inquit, „ dilatavit se „ et in deliciis fuit, tantum date ei tormentum et luctum. „ Quis enim vel mente concipiat quantis cruciatibus corpore toto et membris omnibus torquebatur, qui equo insidens piceam ore et naribus flammam cum fumio et fetore tartareo iugiter in supplicium⁴ sessoris efflanti, armis omnibus sicut⁵ preparatus ad bellum erat indutus, que non presidium sed inenarrabile supplicium ei⁶ prestiterunt. Nam ipsa quidem arma quibus tegebatur, ut candens ferrum quod⁷ cum malleis⁸ tunditur⁹, igneum scintillabant¹⁰ imbrem, quo totus medullitus exurebatur, cum ipsa exterius arma¹¹ flammantia nimis pondere sui onerarent nimioque ardore incenderent utentem eis¹². Itaque de galea, scuto, lorica et ocreis taceo, quorum omnium concrematione et onere quantum excrucietur¹³ nullus estimare sufficeret. Optabat¹⁴ sane totius orbis donatione¹⁵ tormentum redimere¹⁶, si fieri posset, quod per unius tantum calcaris usum quo vectorem suum in varia urgebat precipitia tolerabat. Sella que sub ipso erat, clavis et verubus igneis hinc inde prefixa, eminus intuenti horrorem permaximum incutiebat. Sedentis vero in ea iecur et precordia universa aculeis illis transfigebantur¹⁷. Nocebant ei¹⁸ tamen immanissime¹⁹ sanguinis humani iniusta effusio et legitimi thori sui lethalis²⁰ et adulterina transgressio. In hiis duobus frequentius mortaliter²¹ deliquerat²². Sevientes enim carnifices, qui illum hiis²³

— ⁴ penitentia *post corr.* 3; penitendo *ante corr.* — ⁵ *om.* 3. — ⁶ *om.* 4. — ⁷ nimis 1.

Cap. XLI. — ¹ obrutum et 3. — ² viderim 4. — ³ A. I. 3. — ⁴ supplicio 1. — ⁵ tanquam 4. — ⁶ s. e. i. 7. — ⁷ *om.* 3. — ⁸ c. m. q. 1. — ⁹ contunditur 4. — ¹⁰ scintillabat 1, 3. — ¹¹ a. e. 3. — ¹² ea 1. — ¹³ cruciaretur 4. — ¹⁴ optabat 1. — ¹⁵ datione 3, 4, 7. — ¹⁶ (t. r.) redimere supplicium 3. — ¹⁷ figebantur 7. — ¹⁸ eum 1, 3. — ¹⁹ crudeliter 4. — ²⁰ legalis 1. — ²¹ *in marg. post corr.* 1. — ²² transgresserat 3. — ²³ *om.* 1.

(1) Descriptio haec Henrici II regis Angliae ad rei veritatem quod attinet exactissima est et plene concordat cum iis quae de ipso a coaevis narrantur. Consule prae ceteris STUBBS, *Historical Introductions*, passim.

et aliis quorum super memoravi modis cruciabant²⁴, hec improperebant ei, insultante preterea vehementissime quod in ultione²⁵ ferarum irrationabilium que de iure naturali communiter occupantibus cedere debent, homines ratione utentes et eodem sanguinis Christi pretio²⁶ redemptos et nature indifferentis parilitate consortes, aut multasset leto aut membris diversis crudeliter mutilasset. Super hec omnia egram penitus et parum devotam penitentiam in vite termino habuerat. Subsidia vero defuncto paucissima superstites filii et amici, quibus bona temporalia immensa contulerat, ut miserabiliter querebatur, exhibuerant²⁷. " Nichil, „ inquit, „ remedii omnes pridem fautores mei et alumni²⁸ in hiis michi „ erumnis constituto prestiterunt. Heus, siccine omnem laborem „ meum et sollicitudinem perdidi, quibus pro ditandis heredibus²⁹ „ frustra desudavi? Et³⁰ obsequentium fallax adulatio³¹ quid contulit infortunato michi³², quorum gratia tot gazas pessumdedi, „ quibus tot inaniter reditus conferre sategi, pro quibus in tantis „ deliqui vivens, et defunctus per illos in nullo remedium³³ percepi? „ Verumtamen sacre religiones³⁴ aliquantulum meam suis orationibus lenierunt calamitatem „. Intellexi preterea quod iste precipue spem gereret adipiscende venie, quod pro Domino religiosis personis beneficis et affabilis sepius extitisset. Tertium vero, unde post premissa amplius³⁵ ingemiscebat afflictus, varia³⁶ extitit depressio populorum, quos vehementius aliquotiens indebitis oneravit exactionibus³⁷. Compendiose multa percurro et sicut de pluribus nichil, ita et³⁸ de paucis quos a nobis visos commemoro non omnia, que dicere veraciter et utiliter possem nisi tedio prospicerem lectoris, retexo. Universa enim complecti, nec multi si ederentur et magni codices³⁹, possent. Nemo enim⁴⁰ exaggerando aliquid me suspicetur vel de penis vel de querimoniis⁴¹ referre dolentium. Secretorum testis Deus ipse novit quia relegens que iam scripta sunt de quorundam suppliciis, et que oculis circa eos ipsos conspexi⁴² animo revolvens et recolens, tanquam nichil expressum sit de miseriis eorum, ita in comparatione visorum inania potius quam levia reputo que stilus degessit. Colligat igitur ex hiis lectoris prudentia aliquod edificationis sue emolumentum, discatque, ex minimis et paucissimis que scripta relegit, ingentia metiri que vel referri ob sui magnitudinem et numerum innumerabilem nequeunt, vel si utcumque possent digerendo

— ²⁴ om. 1. — ²⁵ ultionem 4. — ²⁶ (s. C. p.) pretioso sanguine Christi 3. — ²⁷ exhibuerat 1. — ²⁸ et amici mei 3. — ²⁹ pro heredibus meis ditandis 4. — ³⁰ Heu 4. — ³¹ adulatorum 3. — ³² m. i. 3. 4. — ³³ remedia 4. — ³⁴ Viri tamen sacre religionis 4. — ³⁵ gravius 4. — ³⁶ vana 3. — ³⁷ hucusque add. 4. — ³⁸ om. 3. — ³⁹ nec multa volumina 4. — ⁴⁰ autem 3. — ⁴¹ querelis 4. — ⁴² inspexi 3.

contexi⁴³, magis forte tediosa et minus credibilia infirmis quibusque et desidiosis⁴⁴ viderentur.

Paucorum adhuc mentionem subinfero, quos in hac pridem mortali⁴⁵ vita specialius dilexi, cum mortuum penitus neminem dum ista videbam potuerim non⁴⁶ videre, si modo hunc meminissem esse defunctum. Numerus quoque eorum innumerabilis est quos recordationi nostre et adspectui presentavit⁴⁷ hora illa. Quosdam notorum, quos vivere credebam adhuc, ibi funeratis admixtos inveniens obstupui. De dormitione quorundam certitudinem plenam ibidem concepi. De quibusdam vero, pre admiratione scilicet non credens eos obisse, tunc certus non sum redditus. Nam et sciscitari propter alia infinita que contemplantur dissimulavi a ductore meo vel ab ipsis, sed iam indubitata quorundam relatione super decessu eorum sum edoctus⁴⁸.

**Cap. XLII. De quodam episcopo qui licet in penis esset
miracula patravit.**

„Iam quartus ut arbitror elapsus est annus (1), quo pontifex quidam in archipresule electus, cita morte preventus, episcopatus onus ante deposuit quam honorem consequeretur ad quem petebatur eminentioris gradus¹. Extiterat autem in abscondito interioris hominis bonus religiosus pureque devotus, asperissimo cilicii usu multisque aliis cruciatibus carnem macerans corpusque proprium domans. In facie vero a secularibus non multum distare videbatur, nonnunquam pro vitanda inanis glorie aura, que virtutum semper floribus habetur² inimica, letitiam in³ vultu pretextens et verbis externis⁴, cum interius esset corde contritus et affectu compunctus. Nitebatur enim talis vite instituto sapientis cuiusdam in se exprimere consilium, qui⁵ ait: „Frons tua populo conveniat, cum intus sint „omnia dissimilia. „Ast⁶ presulum gradus sublimior tam lingue quam vite, tam gestus decore maturo quam affectus nitore puro

— ⁴³ c. d. 4. — ⁴⁴ tediosis 4. — ⁴⁵ monachali 1. — ⁴⁶ om. 3. — ⁴⁷ representavit 3. — ⁴⁸ certioratus sum 4.

Cap. XLII. — ¹ g. e. 4. — ² probatur 3. — ³ om. 4. — ⁴ om. 4. — ⁵ quo 3.

(1) Reginaldus Fitzjocelin, Episcopus Bathoniensis, de quo hic sermo est, obiit die 26^{mo} decembris 1191. Parum ergo erravit monachus in sua computatione. Renuntiatus fuerat Reginaldus archiepiscopus Cantuariensis die 27^{mo} novembris eiusdem anni, vir devotus et prudens, quem sanctus Hugo, Lincolnensis episcopus, apprimè dilexit. Videsis plura de Reginaldo Fitzjocelin in *Archeologia*, vol. L, pp. 295-360.

debet illustrari, dicente apostolo : " Forma esto fidelium in sermone „ et in conversatione „ etc. Quamobrem non impune vel in istis exempla vel licentiam transmittunt levitatis intuentibus⁶, qui auctoritatis et perfectionis apostolice ex successione dignitatis tenentur fastigia emulari⁷. Episcopus autem de quo nunc agimus excessus tam cotidianos in hiis et aliis, si quid ut⁸ assolet in magnis sollicitudinibus et negotiis sepe difficilibus constituto⁹ surrepebat¹⁰, quam minoris quoque etatis quando seculi lasciviam minus declinasset, lacrimis frequentibus et varia ut premisi¹¹ castigatione corporis punire solebat. Verum in episcopali officio multum¹² per negligentiam gravius deliquerat¹³, sicut et alii de quibus superius mentionem feci. De isto plurimorum iam vulgatum¹⁴ assertione audiui, quod per ipsum¹⁵ miracula curationum in quibusdam debilibus et infirmis post eius transitum divinitus fuerint perpetrata. Quod fortassis verum esse non negamus, Domino huiusmodi beneficiis famulum suum honorante, ut daret intuentibus ostensionem quod sibi grata fuerint merita ipsius, que in vite austeritate occulta et mentis puritate interna suis conspectibus qui corda intuetur placuissent. Verumtamen in penis adhuc et ipsum¹⁶, restante sibi proculdubio multa premiorum recompensatione, inveni. Qui vero non credit fieri aliquotiens miracula meritis eorum qui in purgatoriis vexantur, beati¹⁷ Gregorii dialogum relegat, et ibi plenius huius rei¹⁸ rationem¹⁹ reperiet et exempla²⁰.

Cap. XLIII. De quodam abbate.

„ Abbas quidam sane religiosus magneque frugalitatis ante hoc decennium transiturus a¹ seculo, fidelissimo cuidam monacho delegavit non paucos solidos quos in scriniis habebat in pauperum refrigeria pro salute anime sue per illum dispensandos². Qui sagaciter testatoris votum adimplens devote largiebatur egenis subsidia. Si quem fame vel languore gravius afflictum, si quos ex³ divitiis clarisque natalibus et moribus honestis ad indigentie necessitatem redactos didicisset, qui et⁴ mendicare confunderentur, et victualia comparare undecumque non valebant, aperiebat benedictionibus manum suam et replebat pro viribus animas eorum, etiam⁵ calcia-

— ⁶ eos *add.* 3. — ⁷ (Ast presulum emulari) *om.* 4, 5, V. A. — ⁸ (s. q. u.) sicut 3. — ⁹ d. c. s. 3. — ¹⁰ surripiebat 1. — ¹¹ predixi 4. — ¹² multa 4. — ¹³ offenderat 4. — ¹⁴ vulgatorum 3, 4. — ¹⁵ istum 3. — ¹⁶ ipso *post corr.* 3. — ¹⁷ beatum 1; sancti 3. — ¹⁸ et *add.* 3. — ¹⁹ scil. de Paschasio diacono *add.* 4. — ²⁰ exemplum 3.

Cap. XLIII. — ¹ de 3. — ² dispensanda 1. — ³ *om.* 1. — ⁴ *om.* 3. — ⁵ et 3.

mentis vel vestibus tegens eos. Anachoretis et viduis necnon et senibus devotis et clericis multa tribuebat⁶, omnibus indicens et singulis⁷ quatinus pro anima illius qui hec sibi per manus suas largienda destinasset⁸ orare sedulo meminissent; quod etiam ab illis haud segniter implebatur. Hic ergo fidelis dispensator et prudens, cum omnia dispergendo que acceperat pauperibus dedisset, in languorem et ipse decidit. Quo tempore non modico excoctus, ante hos quatuor annos hominem sancto fine beatus⁹ exuit. Hos utrosque ibi videbam¹⁰. Verum abbas supplicii adhuc detinebatur acrioribus, et ea potissimum ex causa quod propinquis et carnaliter se contingentibus nimie fuisset teneritudinis affectu¹¹ obnoxius, nimiumque erga illos existens munificus, de bonis monasterii sui plus in eis quam deceret expendisset. Plane hoc vitium, amor scilicet propinquorum intensior equo, omnes pene¹², etiam qui in aliis probabiliter se gesserant sacri ordinis professores, et quoslibet ecclesiasticos¹³ dispensatores in illis penis plurimum gravabat. Ut enim de illis taceam qui ecclesiastica quibus¹⁴ locupletati sunt beneficia in luxu vestium et ventris concupiscentia, in equis et variis vanitatibus et mundi pompis absumunt, illi etiam qui ita frugaliter hiis utuntur ad necessitatem ut nichil horum admittant ad superfluitatem, rationem nichilominus exactissime de illis tenentur exsolvere, que suo fuerint necessario usui residua; que primitus et abundantius indigentibus, sue¹⁵ spirituali¹⁶ cure subditis, ministrare debent; deinde parentum mediante discretione¹⁷ indigentiam et remota superfluitate, vel etiam quorumlibet inopum, absque noxa¹⁸ immo cum fructu misericordie relevare poterunt. Hanc enim regulam ecclesiarum vicariis et personis, abbatibus et episcopis prestitutam¹⁹ ibi primo didici quam sine gravi vindicta non licet²⁰ prevaricari. Prius enim quam ista vidi longe secus²¹ de hiis sensi, quia longe secus²¹ morem ipsorum se habere scivi. Qui vero ista bene, ut iustum est, observant²² tanquam servi boni qui scilicet²³ bene ministraverunt, ita pro hiis omnibus remunerantur²⁴ in celis, ac si de suis hec patrimoniis pro Domino prestitissent. Predictus igitur abbas duriores inter²⁵ agones penarum ad requiem anhelans paradisi, monachum prefatum, qui respectu sui²⁶ leviter satis vexabatur in parte quadam a tormentis difficilioribus remota, frequentissima inclinatione sui, protensis²⁷ manibus, grates ei piissimo affectu exsolvebat, pro pietate ab eo impensa sibi in premissa distributione solidorum²⁸. Monachus autem venusto admo-

— ⁶ tribuit 3. — ⁷ (e. s.) om. 3, 4. — ⁸ destinesset 1. — ⁹ sanctus 3. — ¹⁰ recognovi 3; ibidem repperi 4. — ¹¹ t. a. f. 4. — ¹² fere 4. — ¹³ ecclesie 3. — ¹⁴ qui 3. — ¹⁵ sive 3. — ¹⁶ om. 4. — ¹⁷ m. d. p. 4. — ¹⁸ sine culpa 4. — ¹⁹ prestitutum 1. — ²⁰ liceat 1. — ²¹ aliter 4. — ²² observat 3. — ²³ om. 3. — ²⁴ remuneratur 3. — ²⁵ i. d. 3, 4. — ²⁶ (r. s.) eius respectu 3. — ²⁷ etiam add. 4. — ²⁸ (d. s.) pecunie distributione 3.

dum aspectu, veste nitida, rarissimis tantum maculis respersa, iocunda etiam²⁹ quodammodo alacritate sui gratiosum de se prebebat intuenti spectaculum abbati. Quod dum mecum stupens admiror, hanc de illo³⁰ ab ore ductoris mei audio testificationem: " Noveris „ inquit, „ hunc quem cernis multa cordis sinceritate et castimonia³¹ „ corporis Domino placuisse, plurimaque per eum in loco quo degebat „ mala ne fierent fuisse impedita³², et in ipso, immo ante ipsum „ exortum, precisa; fuit enim zelo iusticie³³ fervidus, odio habens „ malum ex animo. Multas etiam³⁴ sepe contrarietates³⁵ et probra „ sustinuit patienter pro defensione honestatis et religionis, machi- „ nantibus hiis, qui religionis habitum ad hoc portant, ut religionem³⁶ „ destruant in castris spiritualis militie, officiosissime carni in „ momento periture obsequentes³⁷. Ah³⁸, proh dolor! speciale quon- „ dam sancte ecclesie decus et gloria per tales hodie paulo minus ad „ nichilum redigitur, dum crescit super numerum multitudo carna- „ lium et cedit multitudini eorum³⁹ paucitas spiritualium, magis „ eligens aliena mala dissimulando in sese quiescere, quam incre- „ pando furentium bella in se⁴⁰ concitare. Qui etsi⁴¹ sileant, etsi „ quiescant, a talium insidiis quieti esse non valent. Sicut enim quon- „ dam Ysmael, qui secundum carnem natus est, persequabatur Ysaac, „ qui secundum spiritum, ita et nunc carnales spiritualibus inexora- „ biles conflictus ingerunt et persecutiones, frementes et tabescentes „ quod eos suis perversitatibus nequeunt conformare. Plures vero⁴², „ quod nimis lugendum est, spiritu incipientes, tempore procedente „ vel pusillanimitate victi vel simplicitate seducti, frequenter⁴³ in hoc „ certamine succumbunt, in corruptionem et miserabilem vite torpo- „ rem, exemplis et persuasionibus infelicium, infelices ipsi⁴⁴ abstracti „ et illecti. Verum huius inenarrabilia⁴⁵ cenobite vite dispendia, que „ instar celestis reipublice super terram temporibus patrum insignis- „ sime floruit, modernos prelatos in capite⁴⁶ respiciunt, qui hec „ sciunt et negligunt, immo⁴⁷ hec contempnunt, quare⁴⁸ nec ista sic „ se habere advertunt⁴⁹. Sciunt enim ad quid fedis aspirationibus „ venerunt, ignorant ad quid venisse debuerunt. Id enim est luxus „ et⁵⁰ gloria mundi; hoc autem imitatio paupertatis Christi, sollicitu- „ dinis Pauli, pastio sana, custodia circumspecta gregis sibi com- „ missi. Illi vero hoc sequuntur, hoc curant, hoc querunt, ad quod „ venerunt; gregem vero Domini non pascunt, sed⁵¹ depascunt, et a

— ²⁹ om. 3. — ³⁰ om. 3. 4. — ³¹ castitate 3. — ³² om. 4. — ³³ i. z. 4. — ³⁴ om. 3. — ³⁵ crucietates 1. — ³⁶ eam 3. — ³⁷ non spiritui sed carni off. obsequentes 4. — ³⁸ Ita 3. — ³⁹ m. e. om. 4. — ⁴⁰ i. s. b. 3, 4. — ⁴¹ si 1. — ⁴² quoque 3, 4. — ⁴³ om. 4. — ⁴⁴ i. i. om. 4. — ⁴⁵ (h. i.) hec tanta 4. — ⁴⁶ (i. c.) maxime 4. — ⁴⁷ ita add. 4. — ⁴⁸ ut 4. — ⁴⁹ advertant 4. — ⁵⁰ om. 1. — ⁵¹ imo 4.

„ rectitudine quam forte habent deicientes spiritualiter mactant, et
 „ sibi⁵² conformantes perdunt, non se pastores, sed lupos exhibentes
 „ et fures. Talium promotiones reges, pontifices et alii procurant
 „ potentes⁵³; ipsi quoque subiecti tales propensius exquirunt non
 „ rectores, sed pervasores animarum suarum, sub quibus omne quod
 „ libuerit liceat sibi⁵⁴. Quare iusto Dei iudicio et regna turbantur, et
 „ ecclesie confunduntur, et status terrigenarum prorsus evertitur.
 „ Fiunt enim hoc ordine Deo execrabiles, qui pro vivis et defunctis
 „ pii ad Dominum⁵⁵ et exaudibiles fore deberent intercessores, quo-
 „ rum specialibus meritis et interventu omnium conservari et augeri
 „ debuerat incolumitas Christianorum, omnisque a plebe Dei clades⁵⁷
 „ debuisset propelli et amoveri. „ Hec et in hunc modum alia perplu-
 „ rima de lapsu in dies⁵⁸ et defectu sacre religionis sancto Dei⁵⁹ conqui-
 „ rendo⁶⁰ prosequente⁶¹, et de preconiis eorum, qui in hiis periculis et
 „ impedimentis viriliter ipsi stare et alios corroborare non segniter
 „ curant, sublimia admodum⁶² commemorante, alios atque⁶³ alios quos
 „ ante noveram, variis dextra levaque videbam detineri cruciatibus.
 „ Pre ceteris⁶⁴ vero quos pridem cariores habueram hiis curiosius
 „ intende-
 „ bam.

Cap. XLIV. De quadam abbatissa.

„ E quibus venerabilis quedam abbatissa fuit, que anno presenti
 „ spe felici vite presentis erumpnas evadens, ad interminabilem per-
 „ petue lucis diem¹ perventura, a corpore migravit. Hec michi quam
 „ plurima de statu suo tam presenti quam preterito, et olim² in seculo et
 „ nunc post obitum suum transacto³, verbis⁴ etiam et quibusdam certo-
 „ rum intersignorum indiciis germanis sororibus suis, quas sub virgini-
 „ tatis titulo inter sacras reliquerat virgines in monasterio cui prefuerat
 „ ipsa, ad immortales celestis sponsi⁵ amplexus piis desideriis anhe-
 „ lantes; hiis, inquam, nonnulla vice illius per me ipsis intimanda man-
 „ davit⁴. De quibus hic aliqua referre gratum duxi, quibusdam ex
 „ industria suppressis que auditu forent gratiora, ni vetuisset hec aliis
 „ divulgari quam ipsis pro quibus eadem mandasse specialiter⁷ vide-
 „ batur. Aiebat⁸ itaque se immensum levamen psalmis⁹, orationibus et

— ⁵² eos *add.* 4. — ⁵³ potestates 3. — ⁵⁴ *om.* 4. — ⁵⁵ Deum 1. — ⁵⁶ intercessionibus
 3. — ⁵⁷ c. a. p. D. 4. — ⁵⁸ (i. d.) *om.* 3. — ⁵⁹ Nicholao *add.* 4. — ⁶⁰ conquiriente 3, 4. —
⁶¹ *om.* 3, 4. — ⁶² *om.* 3. — ⁶³ et 3. — ⁶⁴ *om.* 3.

Cap. XLIV. — ¹ *om.* 1. — ² (et olim ... transacto) *om.* 4. — ³ *om.* 3 *post corr.* ;
 insinuavit *add.* 3, 4. — ⁴ (verbis mandavit) *haec prorsus diversimode exhibent* 4,
 5. — ⁵ s. c. 3. — ⁶ *om.* 3. — ⁷ s. m. 4. — ⁸ dixit 3. — ⁹ et *add.* 3.

lacrimis ancillarum Domini, quibus mater spiritualis extiterat, percepisse. Gratias¹⁰ illis referendas mandavit, quod et¹¹ per se ipsas multa ei contulissent in elemosinis et aliis beneficiis remedia, et quia sedulo a quibuscunque valebant religiosis missarum et orationum ei sategissent impetrare suffragia, insuper annuas hostias pro se diatim sine intermissione Domino fecissent immolari. Scirent proculdubio hinc premia ipsis quoque ingentia deberi, se vero¹² acerbissima per hec supplicia evasisse, et de residuis adhuc penis, si perseverarent in¹³ inceptis, facillime evasuram. Referebat quoque multum¹⁴ sibi¹⁵ per omnem modum profuisse, quod ante susceptum precipue gradum regiminis conpatientissimam se quibusdam¹⁶ afflictis sororibus¹⁷ occulta¹⁸ benignitate prestitisset et quibuslibet sese extremis¹⁹ vilibusque officiis devotius persepe mancipasset.

Cap. XLV. De duabus monialibus leprosis.

“ Fuerunt nempe „ ait, “ quodam tempore in monasterio nostro „ due tenere quidem etatis virguncule, lepre contagio miserabiliter „ supra modum infecte, in tantum ut virulenta pernicies carnes „ earum plerisque in locis usque ad ossa exederet¹, cutis² superficiei³, sicubi tamen cutis potuit superesse misellis⁴, immaniter „ pustulis frequentissimis turgescere. Has universis pene sororibus „ non modo⁵ tangere, sed⁶ vel aspicere horrore erat permaximo⁷. „ Michi autem ipsas sinibus meis confovere et ulnis, lavare in balneis, „ manicis etiam⁸ quibus utebar⁹ detergere ulcera eorum, dulcissimum omni tempore videbatur. Ipse vero in summa equanimitate „ et gratiarum actione plagam sibi divinitus illatam perferentes, ita „ tali delectabantur incommodo, ac si percepissent vice vulnerum a „ suo quem tenerrime¹⁰ diligerent¹¹ sponso, monilium et varii ornatus pignora generosa. Hinc longo pridem coronate martirio iam „ sine macula sequuntur agnum felices¹² quocunque ierit. Huius „ quoque pietatis obtentu in eas habite¹³ celerrimum in omni „ angustia mea sensi refrigerium. „

Alia quoque multa predicta abbatissa¹⁴ enunciavit, conquerens inter alia quod sibi non exiliter¹⁵ obfuisset¹⁶ in penis quod clericum

— ¹⁰ que *add.* 3. — ¹¹ *om.* 3. — ¹² (s. v.) *seque* 3. — ¹³ *om.* 1, 3. — ¹⁴ multi *add.* 1. — ¹⁵ *om.* 3, 4. — ¹⁶ quibusque 4. — ¹⁷ soribus (*sic*) 1. — ¹⁸ ex multa 3; multa 4. — ¹⁹ externis 3.

Cap. XLV. — ¹ excederet 1. — ² cuius 3. — ³ superficies 1. — ⁴ (sicubi ... misellis) *om.* 4; sicubi cutis cum p. s. m. 1. — ⁵ n. m. *om.* 4. — ⁶ *om.* 1, 4. — ⁷ permaxime 1. — ⁸ *om.* 3. — ⁹ (q. u.) meis 4. — ¹⁰ *om.* 3. — ¹¹ dilexerant 4. — ¹² f. s. a. 3. — ¹³ (i. e. h.) *om.* 4. — ¹⁴ mihi *add.* 3. — ¹⁵ modice 3. — ¹⁶ obfuisse 1, 3, 4.

quendam annis parvulum, amicorum omnium solatio destitutum, episcopi cuiusdam commendatione ei ad educandum usque in¹⁷ tempus¹⁸ traditum et a se receptum, mox penitus neglexisset; qui ob hoc vitam diutius protraxisset erumpnosam. De sui quoque monasterii cetu aliquot sanctimoniales feminas levioribus in penis ibidem recognovi.

Cap. XLVI. De quodam milite simoniaco.

„ Miles quidam xx et vii marcis argenti in ecclesia quadam, cuius gaudebat patronatu, clerico cuidam vendiderat personatum. Qui postea, facti penitens, in compensatione tanti¹ huius piaculi crucem susceperat, sepulcrum Domini si daretur facultas aditurus, erratibusque suis² veniam petiturus. Ea tempestate terram promissionis barbaries gentilium, expugnatis qui eam incoluerant³ Christianis, pervasione nefaria occupaverat, ad quorum perfidiam de terra sancta⁴ propulsandam, Christicolis de cunctis mundi finibus adunatis in hostem hic miles sese coniunxit. Ubi tactus incommodo vitam corporis pro Domino exul spontaneus in castris terminavit. Hunc igitur mediocribus in suppliciis⁵ positum repperi⁶. Fatebatur quoque quod pro crimine superius memorate⁷ simonie gravissimos pertulisset⁸ cruciatus, adiciens quod, nisi divina preventus miseratione, adeo ante mortis horam penituisset super hoc⁹, eternum nullatenus effugisset interitum. „ Pene vero „, ait, „ tante iniquitati debite „ multum per omnem modum pre labore peregrinationis quam pro „ Domino suscepi alleviate sunt michi¹⁰. Indultum preterea celesti¹¹ „ bonitate fuit michi ut dudum per quendam fidelem clericum in „ sompni visione admonitum, uxori¹² quondam mee mandarem „ quatinus pro salute mea quinque missarum tricennalia¹³, cum „ officiis psalmorum, lectionum et orationum, que pro defunctis „ recitari mos ecclesiasticus instituit¹⁴, per honestos et continentis „ vite presbiteros quos etiam¹⁵ nominatim expressi sollicite procuraret celebrari. Quod ipsa fideliter ac devotissime¹⁶ implere „ satagens ipsosque sacerdotes caritativis postea denariis ut digni „ erant copiose remunerans, maximam michi penarum mearum „ mitigationem impetravit. Nam circa primordia post decessum

— ¹⁷ ad 3. — ¹⁸ (u. i. t.) om. 4.

Cap. XLVI. — ¹ om. 3. — ² suisque err. 4. — ³ q. e. i. om. 4. — ⁴ d. t. s. om. 4. ⁵ tormentis 3. — ⁶ vidi 3. — ⁷ (s. m.) predictae 3. — ⁸ pertulisse 1. — ⁹ an. m. h. ad. s. h. p. 4. — ¹⁰ m. s. a. 4. — ¹¹ divina 4. — ¹² uxorem 1. — ¹³ tricennaria 3. — ¹⁴ (m. e. i.) solent 3. — ¹⁵ et 3. — ¹⁶ d. a. f. 3.

„ meum cotidie frequentius denarios quos pridem¹⁷ venditione „ ecclesie perceperam arduos vorare compellebar. A cuius immani- „ tate supplicii iam¹⁸ superna pietate et illius potissimum remedii „ subventionem immunis sum redditus. Asperitate frigoris adhuc „ immoderatus coartor, quia nudis et algentibus inclementior vixi et „ incompatiens¹⁹. Quamvis enim sepius alimoniam famelicis largiri, „ tenacitatis tamen vitio denarios in refrigerium eorum cavebam „ expendere. „ Ad quem ego : „ Si adhuc „ inquam, „ pro vobis „ fieret²⁰ missarum celebratio, nonne perfectam recipietis quietem ? „ Et ille : „ Etiam „, inquit, „ si modo septem pro me tricennalia cum „ officiis coherentibus, scilicet *Dirige* et *Placebo*, exsolventur²¹, „ spero quod hiis completis mox de penis transferar²² ad lucis et „ quietis²³ eterne mansionem. „ Hec ille. Animadvertendum vero est quia idem defunctus, sicut michi certissime iam compertum habetur²⁴, quinque castissimos sacerdotes ex nomine electos in visione ad hec pro se peragenda²⁵ missarum et psalmodiarum officia²⁶ designaverit, cum quinque tricennalia celebrari postulavit, quorum persone, nomina et mansionum loca, que singula diligenter expressit, tam sibi dum²⁷ in corpore vivebat²⁸, quam clerico quo mediante hec uxori sue relictæ nuntiata sunt, quam eidem etiam mulieri fuerunt incognita.

Cap. XLVII. De monacho sacrista.

„ Iuvenem quendam sub monachali habitu religiose in multis et honeste¹ se habentem aliquando videram, qui sacriste etiam² officio in ecclesia sua fungebatur, ymagines vero tres vel³ quatuor in⁴ veneratione sancte et perpetue virginis Dei Genitricis Marie speciosius celate et coloribus vel auro decenter ornate, in ecclesia illa per singula deposite⁵ altaria, Salvatoris in formula puerili yconias gremio gestantes ostenduntur; magnum intuitibus pie devotionis prebentes incentivum. Mos quoque minime abolendus inibi convaluit, quod singulis precipuis⁶ per annum festivitatibus, que⁷ numerum quintumdecimum excedunt aut contingunt, totis a vespero⁸ usque ad vesperum⁹ diebus et noctibus, singule¹⁰ lampades ante singulas ymagines ardere videntur, totam sereno¹¹ fulgore ecclesiam reddentes

— ¹⁷ pro 3, 4. — ¹⁸ i. s. 1. — ¹⁹ e. i. v. 3. — ²⁰ f. p. v. 3. — ²¹ exsolventur 4. — ²² transferre 3, 4; transferre 1. — ²³ ad requiem et lucis 3. — ²⁴ est 4. — ²⁵ (a. h. p. s. p.) pro se agenda 1. — ²⁶ o. e. p. 1. — ²⁷ cum. 3. — ²⁸ vixerat 4.

Cap. XLVII. — ¹ e. h. om. 4. — ² om. 3. — ³ et 1. — ⁴ om. 3. — ⁵ disponuntur 4. — ⁶ precipue 1. — ⁷ qui 1. — ⁸ vespera 3, 4. — ⁹ vesperam 3, 4. — ¹⁰ singulas 3. — ¹¹ suo 4.

coruscam. Contigit autem tempore quodam in diebus sacriste illius olei magnam in regione ipsa¹² fieri penuriam; quia et unde fieret nulla indigenarum suppetebat materies, et advenarum nemo vel rarus quisquam eisdem in oris¹³ id genus mercimonii in venalibus proponebat. Unde facta¹⁴ desperatione acquirendi liquoris prefati in usus quosque necessarios, predictus sacrista, ubi licentiosius sibi¹⁵ fore putavit, lampadum interim disposuit resecare¹⁶ usum. Unde in Pentecoste¹⁷ et Ascensione¹⁸ Domini lampadibus, que coram prefatis ymaginibus lucere impretermisse in festis huiusmodi consueverant, ignem non admovit. Nec¹⁹ impune. Tertia namque feria Pentecostes cum sanissimus²⁰ videretur et per omnia incolumis, derepente²¹ acutis corripitur febribus, et immanissime ad mentis usque alienationem vexatus, secundaque die²² ebdomade sequentis defungitur. Mane vero diei sabbati, que festum sancte et individue Trinitatis antecedit, cum adhuc in extremis ageret, intuetur in visione angelorum reginam Deique Matrem piissimam in lumine (1) cuiusdam cochlee, que uni²³ de supradictis ymaginibus vicina imminet, constitisse²⁴. Tum ille, sui non immemor languoris atque periculi, exclamare videbatur: "O sancta Maria miserere²⁵." Illa vero ad hec, voce et aspectu seior²⁶, ita infit: "Tu", inquit²⁷, "luminis decus michi", preripuisti in terris; ego tibi preripiam presentis vite lumen." Hac²⁸ ille²⁹. Nec mirum, comminatione immense perterritus, prostertere se videbatur ad pedes Domine, cum nimio³⁰ eiulatu, veniamque postulare commissi, emendationem de cetero attentius polliceri. Ad hec illa, cuius etiam nunc <lacrime³¹> de misericordia manare consueverunt, clementius respiciens in eum, et manu innuens, limen cui superstabat³² ei ostendens: "Sede", inquit, "hic". Tum³³ ille ad vestigia eius tremebundus sedere cepit, cum³⁴ illa subito disparuit. Illeque³⁵ ad se reversus fratres convocavit, visionem seriatim exposuit, et ut sequenti nocte cum die succedente luminaria omnia de

— ¹² illa 4. — ¹³ horis 1, 3, 4. — ¹⁴ habita 4. — ¹⁵ om. 4. — ¹⁶ r. d. 3. — ¹⁷ Pentecostis 3. — ¹⁸ Ascensionem 3. — ¹⁹ sed non 4. — ²⁰ sanus 3. — ²¹ repente 3, 4. — ²² feria 3, 4. — ²³ una 3. — ²⁴ consistere 4. — ²⁵ mei add. 3. — ²⁶ severior 3. — ²⁷ om. 3. — ²⁸ at 3. — ²⁹ illa 1, 3. — ³⁰ magno 3. — ³¹ om. 1, 3, 4. — ³² frustabat (sic) 3. — ³³ cum 1. — ³⁴ tum 1. — ³⁵ Ille vero 4.

(1) Legendum fortassis *limine*. Conferatur quod dicitur inferius "*limen cui superstabat*." Ad hanc difficultatem enucleandam non multum iuvat versio paraphrastica (Cod. Cotton, Caligula, A, VIII), ubi legitur: "ipso quasi quiescente putabat se fuisse coram altari quod erat ad ostium ecclesie et in ipso introitu vidit beatam virginem Mariam vultum iratum sibi pretendentem, tr... Tunc illa benignius respiciens in eum precepit ut propius accedens sederet ad pedes eius; quo cum magno timore preceptum faciente, illa disparuit", f. 204 v. Magis ad rem V.A., ubi legimus "stondyng on a grice of a certeyn wyndyng steyer yn the chyrche.", Grice = gradus, i. e. limen.

more inextincta³⁶ lucerent cum magnis adiurationibus³⁷ rogavit, precepit et summa cum instantia flagitavit. Vovitque quod, si redderetur cupite sospitati, ad gloriam perpetue Virginis et Matris veri luminis, et solita conservaret et augeret ecclesie luminaria perpetim conservanda. Sed nequivit³⁸ revocari sententia³⁹ et in irritum deduci, quam⁴⁰ mater veritatis veraci ore dictaverat. Obiit enim post hec tertia die⁴¹, quasi premissa, in illa que intercessit summe⁴² sancte Trinitatis solempnitas, ex luminarium restitutione aliqua sui reatus⁴³ satisfactione. In penis vero hactenus ipsum vidi detentum, quia sepe et multum in ordinis⁴⁴ vel divini officii executione negligens exstitisset, et in cibo et in potibus, in risibus et iocis remissius quam deceret sese habuisset.

**Cap. XLVIII. De quodam clerico scholastico
qui sancte vixerat.**

„ Clericum quendam preterea in¹ ipso iuventutis flore ex hac luce sublatum, quem spiritu scientie illustrante omnes pene coetaneos undecunque² tam in divinis quam in liberalium artium disciplinis vidimus transcendisse, faciliore purgatione mediocriter afflictum, ad paradisi gaudia ex bone conscientie testimonio hilariter pretendente, eodem in loco vidi. Vixerat enim³ moribus⁴ probis et studiis peditus, pudicitia similiter fulgidus, caritate benevolus, aliisque virtutum carismatibus Domino et bonis omnibus⁵ acceptus et carus; precipue vero egregium culmen optime structure bonarum actionum insigniter preferebat impositum, dilectionem scilicet sancte semper Virginis Dei Matris⁶, in cuius veneratione exstiterat devotissimus; crebras persepe et prolixas coram altaribus eius in spiritu contrito et humiliato⁷ exercens in orationibus et fletibus excubias, multisque stipem necessariam pro illius amore impendens. Unde proculdubio restabat ei in celis ab eadem piissima angelorum celique regina preparata⁸ merces immarcescibilis gloriaque perennis. Illius quoque beneficiis ab hora exitus sui multiplicia exceperat⁹ refrigeria, continuo illius solatio inter penarum gemitus misericorditer refocillatus. Aeris solum¹⁰ intemperantia videbatur affligi per frigus¹¹ et estum¹², cum¹³ michi ostendebatur. Dictum vero michi est sciscitanti utrum et

— ³⁶ extincta 3. — ³⁷ admirationibus 1. — ³⁸ nequeunt 3. — ³⁹ superna 3. — ⁴⁰ que 3. — ⁴¹ d. t. 4. — ⁴² om. 3, 4. — ⁴³ r. s. 3. — ⁴⁴ (saepe - ordinis) in ordinis sepe misterium 3.

Cap. XLVIII. — ¹ om. 4. — ² undecunque 1; om. 4, 5. — ³ in add. 5. — ⁴ admodum add. 3. — ⁵ (D. e. b. o.) Deo et hominibus 3. — ⁶ Marie add. 5. — ⁷ h. e. c. 3. — ⁸ preparat (sic) 1. — ⁹ perceperat 3, 5; receperat 4. — ¹⁰ solummodo 5. — ¹¹ scilicet add. 4, 5. — ¹² estus 3. — ¹³ sicut 3.

alias undelibet¹⁴ sustineret quandoque¹⁵ penas¹⁶, quod preterea sitis quoque interdum cruciaretur ardore, quia¹⁷ iusto parcius desideria egenorum cum multis abundaret facultatibus exsatiasset. Et quidem bene compatiens videbatur et egenis multa dare¹⁸, dum adhuc¹⁹ vixit²⁰. Sed tamen pauperes multotiens fastidivit, ex quo ipse divitiis inclitus²¹ apparuit, in tantum ut quibus ipse pauperior affabilis vixerat et subventor²² devotus, iam locupletatus austerior aliquotiens cerneretur. Ex quo preterea cum ingenti metu est animadvertendum quam districte ab hiis qui ecclesiastica acceperint²³ beneficia, eorundem exigatur ratio dispensationis²⁴, dicente in evangelio Salvatore : " Cui plus committitur, plus exigitur²⁵ ab eo²⁶. „ Iam vero quia multa ex hiis que in locis tormentorum comperimus, ut potuimus festinanter, occupationibus²⁷ nimirum variis multum prepediti, et nimis hinc inde tumultibus ex divini nutu moderaminis in nos consurgentibus vehementer attriti, fideli potius quam falerato sermone digestimus, hic²⁸ de penis et in eis positis animabus narrationem interim concludimus²⁹. Post hec cum superne intuitu miserationis quietem nobis immodice peccatis nostris exigentibus ad presens turbatam, serenatis immo sedatis crucietatum procellis quibus infestamur, restituerit³⁰, de gaudio et exultatione beatorum in sede amena et iocunda feliciter quiescentium, aliqua que vidimus exprimere prout Dominus ipse dederit attemptabimus. Dignum³¹ quippe et omnino iustum est, ut qui post tot non marinorum fluctuum sed amara tormentorum discrimina Stellam Maris pagine³² nostre illuxisse vidimus, portumque³³ salutis tandem, scilicet³⁴ miserorum refugium et beatorum gaudium, Matrem misericordie, stilo applicante, tetigimus, denuo in istius lumine, in huius quiete ambulantes maneamus, et manentes ambulemus, ambulantes quoque et manentes gaudeamus; prestante Domino nostro Ihesu Christo, beatissime eiusdem Virginis Creatore et Filio, qui cum Deo Patre coeterno et consubstantiali Spiritu Paraclito vivit et gloriatur unus Deus in secula seculorum³⁵ (1).

— ¹⁴ om. 3. — ¹⁵ om. 3. — ¹⁶ p. q. 5. — ¹⁷ cum 4. — ¹⁸ erogare 3, 4, 5. — ¹⁹ om. 1, 3, 4. — ²⁰ advixit 1. — ²¹ om. 1; (d. i.) dives 4, 5. — ²² subventorum 1. — ²³ perceperunt 3; perceperint 4, 5. — ²⁴ sue add. 4, 5. — ²⁵ exigetur 4. — ²⁶ p. a. e. ex. 3. — ²⁷ (occupationibus ... attriti) om. 4, 5. — ²⁸ hinc 1, 4. — ²⁹ terminavimus 4, 5. — ³⁰ (cum superne ... restituerit) om. 4, 5. — ³¹ *Quae sequuntur usque ad finem huius cap. om. 4, 5.* — ³² regine 1. — ³³ portum 1. — ³⁴ (t. s.) eandem similiter 1. — ³⁵ (beatissime ... seculorum.) om. 1.

(1) Ex his verbis satis elucet, ut arbitror, primigeniam monachi narrationem hic olim desiisse. Utrum *crucietatum procelle*, de quibus paulo superius loquitur scriptor, ex infirma corporis valetudine an ex aliqua causa morali provenerint nobis non constat. Probabilius videtur ea quae sequuntur post sat longum temporis intervallum dictata fuisse.

**Cap. XLIX. De paradiso et hominum multitudine
quam monachus in illo vidit.**

„ Nunc igitur¹ de solatiis quiescentium et eterna gloria beatorum que dicere promissimus aliqua utcumque dicamus; sufficienter nemo posset. Ait itaque frater predictus, postquam diucius per diversorum suppliciorum genera incedentes, per tria ut² supra memoravimus loca varios miserorum labores inspeximus et dolores, ad ulteriora tendentibus lumen nobis gratissimum paulatim³ cepit apparere. Hinc odoris fragrantia suavissimi nec⁴ multo post campi multimoda florum iocunditate vernantis amenitas incredibilem nobis prestitit voluptatem. Hoc in campo hominum seu potius animarum milia infinita repperimus felici quiete post excursa⁵ supplicia iocundantium. Quos autem in prima illius campi margine invenimus, albis quidem vestibus sed non satis nitentibus utebantur⁶, nigredinis vero aut cuiuslibet macule nichil eis videbatur inesse, minori⁷ tamen candoris gratia⁸ pollebant. Inter quos plerosque dudum michi bene⁹ cognitos recognovi. Ex quibus, multorum interim suppressa mentione, de paucis aliquid vobis breviter¹⁰ referam¹¹.

Cap. L. De quadam abbatissa.

„ Quedam venerabilis admodum vite abbatissa, quam adhuc puer noveram, ante hos quatuordecim annos migravit ad Dominum. Fuit autem¹ tam pudicie quam totius honestatis zelo fervida, misericordie visceribus affluentissima, in custodia gregis sibi commissi sollers et devota. Hanc inter eos quos exteriores iam dicte amenitatis oras² habitare vidi primam recognovi. Nuper vero de locis tormentorum evaserat, et vestibus immaculatis parum tamen candentibus induebatur. Marcida specie et tali habitudine videbatur, quasi longa egritudine confecta et ex balneis nuper fuisset egressa. Transeo cetera leviora propter que meruerat penas. Iras etiam plus³ iusto acerbiores, inanis glorie motum inter virtutum merita et laudantium blandimenta non bene⁴ edomitum, et alia pretereo innumera⁵, in quibus et bonorum sepe⁶ ignorantia, sepe delinquit infirmitas. Hoc sibi precipue penas dicebat peperisse quod carnales propinquos carnali teneritudine dilexerat, et eis de bonis monasterii quod regebat

Cap. XLIX. — ¹ om. 4, 5. — ² iam add. 4, 5. — ³ om. 3. — ⁴ et non 4, 5. — ⁵ excussa 3. — ⁶ (albis - utebantur) a. q. s. n. s. n. u. v. 3, 5. — ⁷ minoris 3. — ⁸ g. c. 4, 5. — ⁹ b. m. 4, 5. — ¹⁰ b. v. 3. — ¹¹ dicam 3.

Cap. L. — ¹ om. 3. — ² horas 3; om. 1, 4. — ³ om. 1, 4. — ⁴ plene 3, 5. — ⁵ et add. 5. — ⁶ om. 4, 5.

multa contulerat⁷, plerisque ancillis Christi quarum mater spiritualis fuerat tam victus quam vestitus inedia laborantibus. Stupebam ad ista vehementer, quippe qui certissime noveram vix quempiam hodie prelatum inveniri, qui in tantis divitiis tanta circa propinquos paritate utebatur, quanta utebatur illa. Vix enim necessaria, ut de superfluis taceam, alicui suorum unquam impenderat. Nepotes et neptes seu alias cognatas sibi⁸ personas⁹ non matrimonio iungebat carnali, sed monasteriis¹⁰ Christo famulaturas tradebat. Tanta quoque vultus et verborum austeritate vigeat in consanguineos ut, cum extraneis omnibus amicus¹¹ et valde esset¹² cum¹³ benignitate affabilis, suis tantum affinibus terribilis videretur¹⁴ et immitis¹⁵. Erratus suorum et¹⁶ solertissime inquirere solebat; et si¹⁷ quando fortuito¹⁸ deprehendere potuisset, severissime puniebat. Honestatem morum exigebat et castitatis decorem ab omnibus quos in monasterii totius officiis servientes habebat¹⁹, sed maxime ab hiis qui aliquo affinitatis titulo se ipsam contingebant. Non denique frater, non soror ea penes illam confidentia nitebantur²⁰, qua ceteri a sua parentela remoti. Ista retexens et etiam quod bonam admodum educationem in multis fecisset quos religionis propositum cum habitu laudabiliter suscepto servare devote noveram, hec ab eadem audiavi abbatissa: “Vera quidem, „ ait, “sunt hec²¹ que commemoras, sed tamen pro „ carnali affectu quo medullitus non carui, cum essem spiritualis²² „ propositi debito tam professionis quam regiminis ratione obnoxia, „ apud districtum iudicem per rigorem superficiei tenus exhibitum²³ „ excusationis locum minime inveni. Ea quam maxime ex causa „ quod murmurationis causa²⁴ et exemplum sollicitudinis superflue „ ancillis Christi pro cura²⁵ suorum ex meo facto nascebatur. Oportuerat enim me lesionem potius commissarum michi²⁶ precavere „ animarum, quam parentum quos semel cum seculo pro Christo „ reliqueram temporales utilitates procurare. „ Hiis et aliis multis, que brevitatis causa non exprimo, a sepedicta²⁷ venerabili femina auditis, ad interiora illius campi properavimus.

Cap. LI. De quodam priore qualiter sancte obierat.

Mox vero quendam¹ pie recordationis virum, qui prioratus officio in quodam monasterio functus ante hoc triennium sarcinam corporee²

— ⁷ dederat 1. — ⁸ s. c. 5. — ⁹ proximas 1. — ¹⁰ monasterio 1. — ¹¹ esset *add.* 5. — ¹² *om.* 5. — ¹³ multa *add.* 5. — ¹⁴ esse videbatur 3. — ¹⁵ e. i. *om.* 3. — ¹⁶ *om.* 3. — ¹⁷ *om.* 1. — ¹⁸ fortuito 5. — ¹⁹ s. f. h. 4. — ²⁰ utebatur 4, 5. — ²¹ *om.* 4, 5. — ²² spirituales 5. — ²³ exhibitam 3. — ²⁴ causas 1. — ²⁵ circa 1. — ²⁶ m. c. 4, 5. — ²⁷ predicta 4, 5.

Cap. LI. — ¹ *om.* 3; hic quendam 4, 5. — ² corporee (*sic*) 1; carnis 4.

molis exuit³, vidi et agnovi. Videbam⁴ eum⁵ beata cum spiritibus iustorum quiete felicem, penis omnibus exemptum, iocunditate qua donatus fuerat hilarem, certa expectatione visionis divine qua erat munerandus, incomparabiliter letiorem⁶. Monachicum⁷ ab infantia usque ad senectutem et habitum gesserat et animum. Virginitatem et⁸ mentis et corporis sinu humilitatis⁹ tutaverat; humilitati patientiam indissolubili federe copulaverat. Abstinenciam rigidiorum vigiliarum prolixitate, devotione utrasque superare nitebatur; psalmodie et laudis divine officia tunc solum non invitatus¹⁰ omiserat, cum magis pro tempore necessaria caritatis obsequia compulissent. Nemo temptatus¹¹ misericordius¹² illo compatiebatur, quibuscunque¹³ egrotantibus nullus eo devotius vel sollicitius obsequebatur. Ita se iuxta apostolum omnibus omnia exhibuerat¹⁴, ut cum suis in necessariis raro¹⁵, in refrigeriis rarissime, in voluptuosis nunquam esse crederetur. In utilibus semper pro posse aliorum erat. Numquam petitionibus afflictorum solatium quod adhibere posset denegavit. Sola penes eum insinuatione ut merentibus subveniret opus fuit. Indigentium enim non dico preces, sed vota quoque anticipare satagebat remediorum impensis¹⁶. Cum talibus vite sanctissime studiis, corporis etiam multiplici invalidudine¹⁷ multis ante obitum suum annis continue laboraverat, adeo ut vi languoris¹⁸ unius oculi biennio ante mortem funditus privaretur aspectu, cum reliqua totius¹⁹ corporis membra varia clade pene deficerent. Verum, ut ait Salomon, " Spiritus hominis sustentat imbecillitatem eius; „ numquam propter hec a conventu, numquam a choro potuit avelli; communem refectorii mensam cum fratribus adiens, fratrum potius quam sua refectione saginabatur²⁰. A carnibus post adolescentie²¹ annos funditus abstinerat; fratribus tamen debilitate aut morbo confectis eas sedula devotione pro eorum reparatione volebat offerri. Tandem disenteriam incurrens, cum ad vite iam extrema perductus fuisset, dominici corporis viatico premunitus, sacrique olei delibutus unctione, decem ferme diebus absque cibo permansit, divinis tantum beneficiis et fratrum exhortationi intentus. Nocte vero que transitus sui precessit diem, instante iam nocturnalis officii hora, vidit Dominum nostrum Ihesum Christum²², Matre sua virgine illibata comitatum, ad se

— ³ exuerat 3. — ⁴ vidi 3. — ⁵ enim 4. — ⁶ lectiorem (sic) 1. — ⁷ manachicum (sic) 1; monachum 3. — ⁸ om. 3, 4, 5. — ⁹ h. s. 3, 4, 5. — ¹⁰ mutus 1, 4, 5. *Prorsus aliter* V. A. " And whenne necessity compellyd hym to be aboute werkys of charyte as hys office requyred for the tyme, he wulde ever amonge (? anon) be seying some salmys or other devowte prayers to God „. — ¹¹ om. 5. — ¹² miserabilius 3. — ¹³ om. 4. — ¹⁴ exhibuit 3. — ¹⁵ rarum 3. — ¹⁶ impensu 3. — ¹⁷ valitudine 1, 4. — ¹⁸ in languore 3. — ¹⁹ om. 4, 5. — ²⁰ s. r. 4. — ²¹ *Desinit hic codex 3 (Bodleianus 1868) duobus ultimis foliis avulsis.* — ²² cum add. 5.

accedere et nutu benignissimo ad se sequendum invitare. Statimque accitis ad se fratribus visionem exposuit, et se in crastinum²³ migraturum a seculo corde letissimo predixit. Quod et factum est. Longum foret si universa percurrerem que ante exitum suum postea²⁴ dixit, cum omnia verba eius et orationes, quibus et se et²⁵ filios suos Domino commendabat, non tam verba fuerunt hominis, quam Spiritus sancti qui loquebatur in eo. Circa tertiam itaque sequentis diei²⁶ horam in cinere et cilicio recubans, horis diurnis²⁷, horis etiam de sancta Trinitate et de beata Dei Genitrice quas ab infantia devotissime²⁸ frequentaverat cum fratribus percantatis, Passione quoque dominica secundum quattuor evangelistas cum psalmis C^{mo} I^o et C^{mo} II^o et C^{mo} III^o ante eum recitatis, et ab eo intentissime cum gemitu et spiritus contritione perauditis, inter crucis²⁹ oscula, inter salutationes beate Virginis, fratribus benedicens diem clausit extremum. Hunc igitur tantum et talem virum michique a primeva etate amicissimum, devotissime mox visum salutavi, et multa ab eo benigne³⁰ resalutatus audiui.

Cap. LII. De quodam sancto adolescente monacho.

„ Ostendit autem michi adolescentulum quendam monachum, qui sacre religionis habitum adhuc puer ardentissima devotione quesitum, et puro ac mundo corde et corpore in monasterio sepredicti¹ prioris aliquandiu gestatum, morte preventus immatura, stola² immortalitatis feliciter commutaverat. Non quidem eum in corpore positum videram, sed de innocentie et devotionis illius puritate et sancto³ eius transitu multa crebro a fratribus eiusdem loci referri audieram. Dixit itaque michi senior prefatus : “ Hic „ ait ille, “ meus est filius, de quo „ frequenter audisti. Hic meus fuit in devotione et spirituali proposito socius. Hic comes est⁴ tendenti ad celum. Hic in beatitudine „ eterna coheres michi futurus⁵ est sempiternus. „ Idem vero adolescens horam transitus sui fratribus evidenter predixerat. In eius quoque decessu⁶ audita celestis cantilena fuit, ut multi perhibent qui in monasterio eodem consistunt. Prior quoque pro variis negligentis suis et suorum quos regebat diversis erratibus aliquantas pertulit⁷ penas. Nunc vero predicto adolescenti, qui sicut in minutis deliquerat ita in minimis senserat penas, in candore et gaudio equalis fuit. Eminentioris vero glorie fiduciam pro maioribus virtutum meritis habere videbatur.

— ²³ crastino 4, 5. — ²⁴ om. 4. — ²⁵ om. 1. — ²⁶ d. s. 4, 5. — ²⁷ divinis 1. — ²⁸ devote 4, 5. — ²⁹ dominice add. 4, 5. — ³⁰ benignissime 4.

Cap. LII. — ¹ predicti 4, 5. — ² stolam 1. — ³ sacro 1. — ⁴ michi add. 4. — ⁵ futurus in marg. post corr. 1. — ⁶ discessu 4. — ⁷ pertulerat.

Cap. LIII. De quodam venerabilis vite sacerdote.

„ Vidi quoque in eisdem locis venerabilem quendam sacerdotem quem predicationis verbo et animarum saluti precipuam suis temporibus vidimus exhibuisse diligentiam. Zelo siquidem rectitudinis cum vite exemplis ita predicationis gratiam¹ habebat coniunctam, ut non modo in parochiis quas regebat, sed per diversarum longe lateque ecclesiarum populos innumeras multitudines nunc a mortiferis revocaret criminibus², nunc in virtutum meritis feliciter proficientes et usque ad finem debite consummationis in iustitia et sanctitate perseverantes exhiberet. Quosdam etiam, ita³ diabolicis laqueis irretitos, ut diabolo⁴, quod dictu⁵ nefas est, servitute promissa, visibiliter eius se dominio mancipassent, orando et predicando ex baratro perditionis revocavit et per confessionis et penitentiae satisfactionem multis⁶, qui nunquam in gravioribus deliquerant, reddidit miserante Domino in fide et bonis moribus perfectiores. Quibus tamen ex causis modico tempore varias pertulit⁷ penas, quia multa iam⁸ de similibus dixi, interim sileo. Hoc vero silendum non est, quia sibi et per eum cooperante Deo innumeris aliis gloria restabat inenarrabilis.

Hinc ad interiora predictae amenitatis accedentibus nobis maior semper et lucis claritas et odoris suavitas et ibidem degentium candor et iocunditas arridebat. Cur autem diutius immorer personas eorum et merita recensendo quos ibi vel ignotos prius in⁹ seculo vel notos vidi? Omnes vero¹⁰ quos locus iste tenet, superne Ierusalem cives sunt ascripti; omnes de seculi istius certamine triumphatores demonum¹¹ migraverunt, penasque¹² omnes tam facile transierunt¹³ quam vitiis mundanis minus fuerunt¹⁴ irretiti.

**Cap. LIV. De representatione dominice passionis
inter agmina sanctorum facta.**

„ Iam vero que ad ulteriora¹ progressi vidimus non² lingua retexere, non² mens humana digne valet perpendere. Quis enim digne verbis exponat, qualiter in medio beatorum spirituum³, quorum infinita milia ibi circumstabant⁴, crucis Christi misterium adorabatur,

Cap. LIII. — ¹ g. p. 5. — ² m. c. r. 4. — ³ laqueos *ante corr.* 1. — ⁴ diaboli 1. — ⁵ quoque *add.* 4. — ⁶ multos 5. — ⁷ pertulerit 4; pertulerat 5. — ⁸ i. m. 4, 5. — ⁹ in *om.* 1. — ¹⁰ enim 4, 5. — ¹¹ d. t. 4, 5. — ¹² penas 1. — ¹³ transierant W. P. — ¹⁴ fuerant W. P.

Cap. LIV. — ¹ interiora 4, 5; “ *farthir*, V. A. — ² nec. 4, 5; non W. P. — ³ s. b. W. P. — ⁴ circumstant 1.

velud presentialiter in carne dominica Passio celebraretur. Videbatur pius⁵ generis humani Redemptor, tanquam in crucis stipite appensus, flagellis toto corpore cruentus et lividus, sputis dehonestatus, coronatus spinis, confossus clavis⁶ et lancea perforatus; per manus et pedes rivi⁷ profluere purpurei cruoris⁸; ex sacro autem latere sanguis largiter stillabat et aqua (1). Hinc Mater non iam lugubris et anxiosa, sed gaudens et hilaris, vultu serenissimo, tanto tamque inenarrabili astabat spectaculo. Inde discipulus ille quem diligebat Ihesus inter quosdam alios visus est astitisse. Iam vero quis unquam vel tacite mente coniciat quanta cum alacritate ad hoc tam⁹ vitale spectaculum undique concurrebatur, quae intuentium erat devotio, quis adorantium concursus, quante pro tantis beneficiis gratiarum actiones, et Christo gloriam concinentium quam mira fuit exultatio? Hec michi altius recolenti¹⁰ dolor nescio an devotio, compassio an congratulatio animum distrahunt infelicem; fauces et¹¹ lumina singultus et lacrimae indesinenter fatigant. Stupor vero et admiratio me ipsum funditus alienum et quodammodo michimet absentem reddunt. Quis enim non immanissime doleat tam venusti decoris pulcritudinem tam fedis subactam fuisse iniuriis et penis? Quis non compatiatur nimio affectu tante pietati tam impiis exagitatae suppliciiis et opprobriis? Quid vero devotionis quantumque¹² congratulationis habet quod hiis suppliciiis ac contumeliis¹³ diabolus vincitur, tartarus debellatur, alligatur fortis, arma eius diripiuntur et spolia, perditus homo¹⁴ reparatur, et preda demonum penali erepta ergastulo inferni¹⁵ choris in celo¹⁶ inseritur angelorum? Quis vero non admiretur et stupeat tantam in Salvatore nostro clementiam tanteque viscera pietatis, ut quod semel in carne passibili sustinuit pro nobis in mundo hoc, immortalitatis iam gloria vestitus ob nimium humanarum animarum amorem ad earum gaudium et devotionem ampliandam ymaginaliter representare dignetur in paradiso. Multa quae hic vidi et audiui

— ⁵ piissimus 1. — ⁶ cl. conf. W. P. — ⁷ rivos 1. — ⁸ p. c. defluebant W. P. — ⁹ om. 5. — ¹⁰ recolendi 1, 4. — ¹¹ et om. 4. — ¹² quantumcumque 1. — ¹³ (a. c.) add. in marg. post corr. 1. — ¹⁴ h. p. W. P. — ¹⁵ i. erepta erg. W. P. — ¹⁶ (i. c.) choris W. P.; om. 4, 5.

(1) Cum hac descriptione et cum iis quae iam superius relata sunt (cc. XI et sequentibus) de crucifixo cruentato conferatur narratio mortis S. Edmundi apud Martene, *Thesaurus Novus Anecd.* III, c. 1815, ubi beatus antistes perfusus vino crucifixi vulneribus loturam bibit dicens: "Haurietis aquam in gaudio de fontibus Salvatoris." Postulavit insuper ut tum B. V. Mariae, tum S. Ioannis imagines simul cum crucifixo ad se deferrentur. Hanc devotam representationem Redemptoris inter Mariam et Ioannem sanguinem effundentis ei maxime cordi fuisse confirmat carmen anglicum de Assumptione Mariae (videsis Hackauf, *Die älteste mittel-englische Version der Assumptio Marie*), quod S. Edmundo adscribitur.

interim silentio potius¹⁷ quam stilo credenda existimo. Hoc ipsum autem quod iam victus devotione vestra retuli, tam invitus profero quam insolitum¹⁸ et pene eis incredibile scio, qui presentia tantum et ea duntaxat ratione humana¹⁹ estimare didicerunt. Vobis tamen quos scio illius participes esse spiritus qui omnia scrutatur et etiam²⁰ profunda Dei, ex omnibus que passim vidi aliqua vel summatim ideo fidenter insinuo, quia quam tutis auribus, quam devotis mentibus, loquar non ignoro. Denique post moram non modicam in tam beata visione expletam visio ipsa repente disparuit. Frequentia autem eorum qui convenerant, adorato loco ubi steterat gloria tanti sacramenti, sensim cepit rarescere, et singuli ad proprias sedes cum gaudio et letitia redire. Ego precedentem ducem meum²¹ inter mansiones lucidissimas gaudio et admiratione plenus ad ulteriora²² subsequebar. Hic iam consistentium candor, hic odoris fragrantia, hic harmonia Deo laudes canentium inestimabilis, et omnia²³ sensibus vix credenda mortalium.

**Cap. LV. De ingressu porte paradisi et de gloria Domini
que intro apparuit.**

„ Multo inter hec iam emenso vie spatio et crescente semper ante nos locorum iocunditate, vidi eminus quasi murum cristallinum cuius altitudo pervideri non potuit; longitudinis¹ quoque metam nequivi deprehendere². Quo iam appropinquantibus nobis, portam vidi lucidissima introrsus³ claritate micantem, apertumque eius aditum sed crucis tantum unius obice signatum. Accedebat illuc catervatim multitudo eorum qui viciniore erant, ingredi exoptans. Crux vero in medio porte sita, mirabile dictu, nunc se attollens ad superiora latum adventantibus pandebat ingressum, nunc ima petens intrare cupientibus aditum negabat⁴. Quam vero gaudenter introibant admissi, quam reverenter subsistebant exclusi, iterum crucis elevationem⁵ prestolantes, exprimere non sufficio. Substitit hic mecum dux meus aliquandiu et has vicissim demissiones crucis et elevationes⁶, accedentium nunc introitum nunc exclusionem, diutius intuebar stupens⁷. Demum accessimus et nos. Incedebamus autem ut predixi manibus invicem⁸ consertis. Igitur accedentibus nobis crux erigitur, iter patet ingressuris; socius meus⁹ libere ingreditur, sequebar¹⁰ et ego. Verum

— ¹⁷ p. s. 5. — ¹⁸ insoliter (?) 1. — ¹⁹ h. d. r. 4, 5. — ²⁰ om. 4. — ²¹ nostrum 1; mecum W. P. — ²² interiora W. P. — ²³ omnibus 1.

Cap. LV. — ¹ longitudine 1. — ² comprehendere 4. — ³ i. l. W. P. — ⁴ negabat ingressum 1; incesum W. P. — ⁵ c. e. i. W. P. — ⁶ c. elev. et dem. 4, 5. — ⁷ s. i. 4, 5. — ⁸ verticem 1. — ⁹ om. 1. — ¹⁰ subsequebar W. P.

crux ex improvise descendit super manus nostras¹¹, meque a ducis mei consecratu arcebat. Quod sentiens¹² ego nimiumque pertimescens, ista piissimi comitis monita audiui: "Ne paveas", inquit, "fidem tantum certissimam habeto¹³ in Dominum Ihesum Christum, et securus ingredere." Post hec redeunte fiducia, crux cessit ingressum¹⁴ et intravi. Quantus vero inestimabilis fulgor¹⁵ claritatis, quanta luminis gratia interius universa possederit, a me nemo requirat. Hoc enim non¹⁶ verbis promere¹⁷, sed nec mente digne¹⁸ sufficio recordari. Splendor ille coruscus et blandus¹⁹, serenus et lenis, sic intuentem rapiebat in se²⁰, sic²¹ nitoris immensitate ferebat²² super se, ut nichil in eius comparatione crederem esse quicquid eatenus me contigit²³ vidisse²⁴. Splendor iste quamlibet ineffabilis, quamlibet inestimabilis²⁵, intuentis²⁶ tamen non reverberabat, sed magis²⁷ acuebat²⁸ obtutum. Micabat quidem ineffabiliter, sed multo inestimabilius inspicientem demulcens visioni sue mirabiliter coaptabat. Inferius nichil aliud occurrebat intuenti²⁹ nisi lux et murus candore perspicuus, per que³⁰ ingressi sumus. Erant quoque ab imo usque ad summitatem eius gradus mira pulchritudine dispositi per quos ascendebant³¹ agmina letantium³², mox ut fuissent per ianuam introgressi³³. Nullus fuit ascendentium labor, difficultas nulla, non quelibet in ascendendo mora, superior semper alacrius quam inferior scandeatur gradus. In plano itaque deorsum consistens deducebam longo oculorum intuitu per hos gradus in sublime ascendentes³⁴ quos modo per ianuam videram intrantes. Ad altiora vero oculos defigens³⁵ conspexi in throno glorie residentem Dominum et Salvatorem nostrum in specie humana, et in circuitu ascendentes et cum gratiarum actione adorantes eum³⁶, ut michi videbatur, quingentorum vel septingentorum spiritus beatorum, qui nuper itinere quo predictum est³⁷ ad locum throni ascenderant³⁸. Plerique etiam remotius per summos muri sepedicti fines huc illucque velud spatiando deambulare videbantur. Michi autem certissime constat quia celum celorum ubi exultant iusti in conspectu Dei videntes eum in maiestate sua sicuti est³⁹, ubi et milia milium ministrant ei, et decies milies centena milia assistunt ei, non erat locus⁴⁰ sedentis in throno quem ego vidi⁴¹. Sed inde iam remota difficultate et omni

— ¹¹ s. m. n. d. 4, 5. — ¹² cernens W. P. — ¹³ habe 1. — ¹⁴ ingressum concessit W. P.; ingressum *om.* 4, 5. — ¹⁵ f. i. W. P. — ¹⁶ *om.* W. P. — ¹⁷ exprimere W. P. — ¹⁸ *om.* 4, W. P. — ¹⁹ b. e. c. W. P. — ²⁰ i. s. r. W. P. — ²¹ vero *add.* 1. — ²² efferebat W. P. — ²³ m. c. e. W. P. — ²⁴ inspexisse W. P. — ²⁵ (q. i.) *om.* 5. — ²⁶ *om.* 4, 5. — ²⁷ potius 4, 5. — ²⁸ intuentis *add.* 5. — ²⁹ i. n. a. o. W. P. — ³⁰ quem 4. — ³¹ descendebant 1. — ³² l. a. W. P. — ³³ intromissi W. P. — ³⁴ a. i. s. 4. — ³⁵ dirigens W. P. — ³⁶ *om.* 5. — ³⁷ itinere predicto 4, 5. — ³⁸ conscenderant 4, 5, W. P. — ³⁹ s. e. *om.* 1. — ⁴⁰ ille *add.* 4, 5. — ⁴¹ videbam 4, 5.

dilatione ascenditur ad celum illud eterne Deitatis visione beatum, solis angelis et iustorum spiritibus angelica perfectione iam ⁴² consummatis pervium, ubi facie ad faciem videtur ⁴³ immortalis et invisibilis Rex seculorum, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, quem nullus mortalium vidit sed nec videre potest. Videtur autem a mundis corde, quos nec cordis nec corporis corruptio deprimens gravat. In hac tamen visione tantum letitie et gaudii, tantum iocunditatis et exultationis concepi animo ⁴⁴, ut quicquid humanis dici potest verbis, minus sit ad exprimendum cordis mei gaudium quo ibi frui sum.

**Cap. LVI. Qualiter monachus egressus
est ianuam paradisi.**

„ Hiis igitur aliisque ¹ innumeris visis et auditis, sanctus Dei Nicholaus hec michi breviter est locutus: “ En, „ inquit “ vel ex „ parte iam, fili ², ut petisti et ³ nimio desiderio concupisti, seculi „ futuri statum, pericula errantium, supplicia peccatorum ⁴, purga- „ torum quietem, tendencium desideria, gaudia eorum qui iam „ iam ad celi curiam perveniunt ⁵, Passionis dominice misteria, et „ Christi iam regnantis gloriam, ut tibi possibile fuit ⁶, conspexisti. „ Iam tibi ad tuos et ad ⁷ seculi pugnas est redeundum. Percipies „ autem, si perseveraveris in timore Domini, bona que oculis „ tuis ⁸ conspexisti, et multa etiam ⁹ hiis maiora, que solus videre „ merebitur qui sine fine illa possidere dignus erit. „ Hoc ¹⁰ dicens, satis mestum et supra quam dici potest ¹¹ merentem, quia de tanta beatitudine ad erumpnas mundi ¹² me redire debere cognovi, per ianuam qua ingressi eramus ¹³ eduxit me, multum instruens et exhortans quatinus immaculato corpore et innocenti corde cum pie religionis studio diem ultime ¹⁴ vocationis mee prestolari sata-gerem. “ Diligenter, inquit, mandata Dei observa, et vitam tuam „ ad exempla iustorum institue. Sic enim fiet ut in eorum collegio „ post exactum vite mortalis terminum, perpetuo beatus merearis „ admitti. „

— ⁴² i. p. 4, 5. — ⁴³ videbitur 4. — ⁴⁴ a. c. et exult. W. P.

Cap. LVI. — ¹ et aliis 5. — ² ecce, inquit, fili, iam pro parte W. P. — ³ om. 1. — ⁴ malorum W. P. — ⁵ pervenientium 1; q. i. a. c. cu. p. W. P. — ⁶ f. p. W. P. — ⁷ om. 1. — ⁸ om. 4, 5. — ⁹ om. 4, 5. — ¹⁰ Hec 4. — ¹¹ possit 5. — ¹² m. e. 4, 5. — ¹³ sumus 4, 5. — ¹⁴ om. 4, 5.

**Cap. LVII. De classico quod monachus audivit
et qualiter ad se reversus fuerit.**

„Dum adhuc mecum talia loqueretur, subito classicum mire suavitatis cepit audiri¹ quasi totius mundi campane vel quicquid sonorum est una simul pulsatione concuteretur. In hoc classico mirabilis suavitas et varia melodie permixtio magnitudine nescio an dulcedine soni plus stupenda fuit². Ad tam insolitum auditum sollicite attentus et³ nimium animo suspensus, mox ut sonitus ille dulcissimus⁴ desiit⁵ audiri, a ducis mei dulci comitatu me ex insperato destitutum vidi. Ad me ipsum vero reversus, voces mox audivi fratrum nostrorum qui lectulo nostro astabant, viribus etiam corporis paulatim redeuntibus⁶, oculis quoque in usum videndi sensim patefactis, sicut ipsi vidistis pristinae egritudinis molestia funditus deleta⁷, non modo incolumis, verum etiam⁸, debilitate qua diu fueram oppressus⁹ exclusa, tam validus et fortis quam mestus et lugubris coram vobis resedi. Putabam¹⁰ me in ecclesia coram altari esse, ubi crucem dominicam primitus adoravi¹¹. Eorum nempe memoria que ibi corporaliter egeram et perspexeram, multo magis herebat animo meo quam eorum que¹² in capitulo, licet¹³ posterius perpersus fueram. Eorum vero que circa me corporaliter acciderant, postquam in capitulo prostratus fui, nichil omnino sensi aut scivi. Moram quoque in visione illa que michi ostensa est me aliquam fecisse non credidi; sed tantummodo sexte ferie matutinas tunc primum percantatas¹⁴ estimabam. Hec ego vobis que michi in corpore vel in spiritu revelata sunt, caritate illectus et coactus sanctitatis vestre¹⁵ imperio (1) quam potui compendiose narravi. Vos autem queso et cum immenso lacrimarum fonte supplex postulo¹⁶ et exoro¹⁷ quatinus pro me infelice et misero instantius apud Dominum intercedere dignemini, quatinus¹⁸ et¹⁹ supplicia que vidi reorum evadere, et gaudia que agnovi iustorum innocenter et pie vivendo sine dilatione²⁰ soluto mortis debito merear introire, dulcemque Dei et Domini mei Ihesu Christi faciem, dominam quoque²¹ sanctam Mariam in eternum²² merear intueri.

Cap. LVII. — ¹ (c. a.) audire cepi W. P. — ² magnitudine an dulcedine nescio plus stupenda fuit W. P. — ³ ac W. P. — ⁴ om. 4, 5. — ⁵ desinit 1. — ⁶ et add. 5. — ⁷ scilicet add. 5. — ⁸ om. 4. — ⁹ expressus 1. — ¹⁰ autem add. 4, 5. — ¹¹ adoraveram 4, 5. — ¹² om. 5. — ¹³ add. ea 4, 5. — ¹⁴ fuisse add. 4, 5. — ¹⁵ v. s. 4. — ¹⁶ p. s. 5. — ¹⁷ (et ex.) om. 4, 5. — ¹⁸ ut 4. — ¹⁹ om. 5. — ²⁰ s. d. om. 4, 5. — ²¹ meam add. 4, 5. — ²² evum 1, 5.

(1) Hugonem Lincolnensem episcopum innuere videtur; haec enim obsequii forma, videlicet *vestra sanctitas*, non ita, credo, minoris dignitatis praesuli conveniret.

**Cap. LVIII. Argumentum ad visionem monachi
confirmandum.**

Hec¹ et alia multa que tum brevitatis studio ne pareret prolixitas immoderata fastidium tum et aliis etiam de causis scribere non fuit, ad consilii tempus ego ipse qui hec utcumque, magnorum virorum compulsus imperio, litteris tradidi, ipso referente et que scripseram approbante qui ista omnia vidit et cognovit, didici¹, et quam potui studiose narrationis eius nunc sensum nunc et verba expressi. Michi vero², sicut et plerisque aliis, qui illum familiarius noverunt, satis persuasum est ex multis rebus fidem in hac parte³ indubitatam verbis illius haberi⁴ debere. Ut enim secretiora intacta⁵ preteream, multa sunt documenta que manifestius innotuerunt⁶, ex quibus circa principia huius narrationis nonnulla memoravi, que evidenter probare videntur non humano commento, sed nutu divino hec innotuisse fidelibus. Verum sit tanta infidelitas, vel, ut temperantius loquar, infirmitas sit⁷ ista quorundam ut premissis non credant, licet talem, tantam tamque inauditam hominis infirmitatem tam cito, tam insperato in testimonium ostense visionis oculis suis⁸ viderint curatam. Dicant si velint fictam egritudinem, cuius rationem omnis medicorum nescivit disciplina⁹. Mentiantur, si impudentiores sunt¹⁰, tantam hominis fuisse pervicaciam ut simulata eius dormitio, qui iugi prius insomniestate per longum tempus¹¹ laboraverat, non¹² vocibus repentinis¹³ clangentium, non punctionibus adhibitis stimulatorum, aliquatenus exagitari potuerit. Fuerit tanta versute simulationis fraudulentia ut oculis in ima demersis effossa visus sit habere lumina, omnimodis spirare biduo non sit visus, arteriarum motum post longissima horarum spatia, vix tandem ad modum tenuissimi fili permiserit sentiri. Lacrimas etiam postmodum per multas fere dies¹⁴ indesinentes irrideant. Vidimus in eo preter hec omnia, quiddam satis pulchrum, nec minus certum superne curationis indicium. Habuerat enim toto unius fere¹⁵ anni spatio in sinistra tibia ulceris genus acerbissimum et non modice latum, quo intolerabiliter cruciabatur. Dicere solebat talem sibi ex hoc adesse dolorem quasi ferri candentis laminam¹⁶ tibie iugiter alligatam gestasset¹⁷. Nullum emplastrum, non ali-

Cap. LVIII. — ¹ (hec ... didici) Quibusdam igitur tum brevitatis studio tum aliis certis de causis pretermisissis, ego qui hec utcumque magnorum virorum compulsus imperio litteris tradidi omnia hec, ipso qui hec vidit referente didici : 4, 5. — ² ceterum mihi 4, 5. — ³ (i. h. p.) om. 4. — ⁴ habere 4. — ⁵ om. 4, 5. — ⁶ (q. m. i.) manifesta 4, 5. — ⁷ s. i. 4; sed i. 5. — ⁸ om. 4. — ⁹ (o. m. n. d.) nullus medicorum scivit 4, 5. — ¹⁰ si i. s. om. 4, 5. — ¹¹ p. l. t. om. 5. — ¹² in 1; et 4. — ¹³ repentibus 1. — ¹⁴ d. f. 4, 5. — ¹⁵ f. u. 4. — ¹⁶ lamina 1. — ¹⁷ gestaret 4, 5.

quod unguentum vel medicina alia, quamvis plurima adhiberentur a medicis, vel cruciatum eius immitigare¹⁸, vel locum vulneris coartare valebat. Sub illa vero dormitione ita plenissime sanatus apparuit, ut ipse quoque nobiscum qui hoc vidimus¹⁹ stupens miraretur dolorem cum vulnere ita deletum, ut nec cicatricis vestigium nec ruboris vel²⁰ alboris indicium divine superfuerit medicine. Hoc autem solo a reliqua tibia locus distabat sanati doloris quod pilis²¹ omnino nudus fuit.

Delectabile sibi admodum perhibet esse quotiens pulsare²² classicum vel sonare aliquod signum audierit, quia ex hoc sibi ad mentem redit classicum illud suavissimum quod in regione beatorum audivit. Sibi vero post excessum redditus, cum ei diceretur a fratribus iam paschalem²³ adesse festivitatem, tunc primum asserentibus credidit cum signum complectorii audivit pulsari²⁴. Iamque certius animadvertit classicum illud hoc innuisse, quod etiam²⁵ apud cives celi²⁶ non sine ineffabili iocunditate exultationis et gaudii²⁷ nec absque festiva celebritate recolitur salutis humane²⁸ effectus, quam in solempnitate paschali operatus est in medio terre, qui uno eodemque momento olim creavit ex nichilo celum et terram, Ihesus Christus Dominus noster, cui est cum coeterno Patre et Spiritu Paraclito honor, potestas, virtus et magnificentia regnumque et imperium in secula seculorum²⁹.

Amen³⁰.

— ¹⁸ lenire 4, 5. — ¹⁹ q. h. v. om. 4, 5. — ²⁰ aut 5. — ²¹ pilus (*sic*) 1. — ²² pulsari 4, 5. — ²³ p. i. 5. — ²⁴ p. a. 5. — ²⁵ om. 4, 5. — ²⁶ celi cives 4, 5; cives celestes W. P. — ²⁷ e. g. om. 4. — ²⁸ h. s. 4, 5. — ²⁹ cui est cum Patre et Spiritu Sancto honor et gloria in secula seculorum. Amen 4, 5. — ³⁰ Explicit visio monachi de Eynesham *add.* 4; explicit visio cuiusdam monachi *add.* 5.